

119

16.a. 56


Biblioteca Universitaria	
Fecha	2
Año	29
Tabla	
Número	119

Microfilm

3
~~32-78~~

i55964066.

LIBRARY
UNIVERSITY OF
TORONTO



~~107~~

CONSTITUTIONES

REPUBLICAE SVEVICAE
IN VIETIA SVEVICAE
CAROLI PRIMI



EX LIBRIS
BIBLIOTHECAE

~~107~~

133


Del Collegio de la Comp de Jhu Pz-9132

CONSTITVTIONES

REGALIS COLLEGI GRANATENSIS AB

INVICTISS. IMPERATORE MAXIMO

CAROLO. V. CONSTRVCTI.




GRANATÆ.

Excudebat Ioannes Regnerius.

Handwritten notes at the top of the page, including a date '15-11-13' and a signature.

CONSTITUTIONES

REGALIS COLLEGI GRANATENSIS AB
IN VICTISSIMPERATORE MAXIMO
CAROLO V. CONSTRUCTI.



GRANATA
Eruditorum Joannis Requeiro



CONSTITVTIONES COLLEGII REGALIS GRANATENSIS.



DE ATRIVIVO

DBIS INSTITVTA ET LEGES studiosi, et charissimi filij, quarum ope, salubriq; consilio literæ vestræ augeantur vita quietetur: dotesq; istæ, quibus ab omnipotenti Deo præditi estis, in dies incrementū accipiāt, breues eas admodum, et succinctas tradere decreuimus. Speramus enim fore, vt propter scripturæ breuitatem, et sententię compedium, et facilius illas memoria tenere possitis, et libentius animo obseruare cupiatis, id quod vobis omnibus etiam atq; etiam, quo ad possumus, commendamus: fiet enim, vt in hac re debitum Deo seruitium exhibentes, nec non sanctissimis desiderijs Christianissimi Cæsaris nostri respondentes (quippe qui nunc populo huic nuper ad fidem conuerso mox Africano, quem ipsius auspicijs breui expugnandum et conuertendum confidimus vobiscum lumen parare curabit) lucrum non modicum recipiatis.

¶ Cap. 1. de numero Collegialium.

COLLEGIALES erunt quindecim, quorum tredecim sacra Theologia operam dabunt, in qua antequam ad Collegium admittatur, talem idoneitatem habebunt, vt totum cursum sententiarum adierint, et calear: reliqui vero duo Canonistæ erunt gradu Bachalaureatus saltem insigniti.

¶ Cap. 2. de eligendis Rectore, & Consiliarijs.

VNVS prædictorum Collegarum erit Rector, duo Consiliarij tantummodo per annum officium exercentes.

¶ Cap. 3. De honore Rectori deferendo.

RECTOR in omnibus, et per omnia, et honorabitur, et a cunctis studiose obseruabitur, tanquam dignissimum caput eis ordinatione Domini præpositum.

*¶ Cap. 4. Quod Rector in omnibus verbo & signis honorifice
reueretur.*

NVLLVS verbo, signo, aut facto murmurabit contra eum, aut auer-
sa facie eum intuebitur.

NVLLVS resistet eidem volenti visitare cameras, et ea, quæ in eis
sunt sub expulsiõnis pæna.

¶ Cap. 5. de munere Consiliariorum.

ANTIQVIORI Consiliario cura sit redditus Collegij colligere,
ac in ararium cõmunem reportare: minori vero consiliario incum-
bet munus infirmos visitandi, et rationem exigendi a familiari infirmario
de ijs, quæ quotidie cum infirmo expendantur, et propria manu scriben-
di, et signandi super quo, vt fideliter, et diligenter fiat, eius conscientiam
oneramus.

¶ Cap. 6. de annonæ præfecto & collegij ostiario eligendis.

STATVIMVS quatenus omnia collegij bene componantur, ex duo-
bus iunioribus collegis, antiquitatis posterior munus accipiat viden-
di pondere, et mensura examinandi utensilia omnia, quæ per dispensatorẽ
familiarem afferentur: et cum eodem dispensatore quotidie rationem ha-
bebit: ad quem spectabit inter prandium portionum diuisioni assistere. Al-
teri vero officium incumbit scribendi manu propria quotidie prædictos
sumptus, et qualitatem pecuniæ, quæ die illa consumpta fuerit, in libro,
quem ad hoc destinatum habebit: vt ambo iuniores in cuiuslibet mensis
fine Rectori, et consiliaris omnium rationem claram reddere possint: cui
etiam curam iniungimus faciendi aperire, et claudere ianuas collegij tem-
pore debito; et singulis noctibus immediate post clausuram ostiorum tra-
det clauas eorum Rectori, qui solícite eas seruabit, et sub suo cervicali ip-
sodormiente ponet.

¶ Cap. 7. de ratione reddenda rectori omnium expensarum:

RECTOR cum Consiliaris in fine cuiuslibet mensis recipiet ra-
tionem omnium expensarum.

*¶ Cap. 8. Quod redditus collegij in arario a Rectore & consiliaris
deponantur.*

ET quia in cõseruandis vel expendendis pecunijs collegij omnimoda
fidelitas, et diligentia est necessaria: ordinamus, et mandamus, vt pe-
cuniæ quæ danda sunt ad sumptus collegialium, tradantur Rectori et
con-

Consiliarijs, et ponantur in arca communi, seu erario, que tribus seris claudatur, cuius claves sint in potestate Rectoris et Consiliariorū, et inde qualibet hebdomada extrahantur pecuniæ necessariae ad illam dumtaxat septimanam, ex quibus dispensator maior, qui erit ex duobus iunioribus antiquior, faciet emere, que emenda sunt quotidie, et mandamus Rectori, et Consiliarijs sub pena præstiti iuramenti, nullo modo neque quavis causa, detur locus, ut prædictus dispensator maior possit in potestate sua retinere ultra mille moropetinos de pecunijs domus: quod si secus fecerit, et in pecuniâ numerata ea quæ receperit non soluerit, volumus pro tempore, quo solutionem distulerit, a prandio, et cæna priuetur super quo conscientiam eorum oneramus.

¶ *Cap. 9. Quo habitu collegiales incedere debeant.*

HABITVS ipsorum erit palium burielis lutei coloris vix humum tãgens et focale panni rubei, cuius mensura valorem sex regalium argenteorum cum dimidio, aut septem non excedet, qui dabitur interessentibus Rectoris electioni solummodo in vigilia Epiphaniæ. ceteri vero tam Collegiales, quam familiares, qui eidem vigiliæ non interfuerint infra mensem, quo fuerint recepti in Collegio, habitum prædictum in pretio, et colore similem emere proprijs expensis compellentur sub pena priuationis a mensa.

¶ *Cap. 10. De qualitatibus recipiendorum in Collegio.*

NVLLVS in Collegam recipiatur, nisi graduatus, honestus, et ex honestis et in genere mundis parentibus originem trahens, neque ultra viginti aureos ducatos ex redditibus habens in ingressu, super quibus examinationem vni ex Collegis per capellam eorundem electio committimus, cuius examinis expensas, is qui admittendus curabitur, soluere tenebitur.

¶ *Cap. 11. Quod nullus Granata oriundus possit in collegam eligi.*

QVIETVDINI Collegialium consulentes et cæterorum collegiorum consuetudinem sectantes statuimus, quod nullus in Collegialem vel familiarem eligatur ab hac nominatissima vrbe, aut aliquo oppido ei adiacenti infra quatuor leucas oriundus.

¶ *Cap. 12. De qualitatibus ingressum collegij interdicentibus.*

NVLLVS consanguineus infra quartum gradum alicuius Collegialis neque ab eiusdem oppido oriundus admittetur ad aliquam Collegij præbendam, neque pro familiari, qui alicui collegialium ante ingressum collegij, vel post officium seruitutis impenderit.



¶ *Cap. 13. Quod infirmitate laborans vel coniugatus non recipietur in collegio.*

NVLLVS coniugatus, aut infirmitate contagiosa grauatus, aut aliquo vitio inhonesto notatus, admittetur: et si iam admissus in aliquo tali fuerit deprehensus expellatur.

¶ *Cap. 14. De aetate eligendorum in collegas:*

NVLLVS in Collegialem eligatur nisi compleuerit vigesimum primum annum, neq; in familiarem, nisi decimum septimum attigerit.

¶ *Cap. 15. De tempore in Collegio commorandi.*

DEMORABVNTVR in Collegio per spatium octo annorum, non amplius, infra quos nolumus computari dies legationis mandato Collegij factae: et si ultimo sui exitus anno in Rectorem quis fuerit electus, veratio expensarum commode reddatur vsq; ad Epiphaniam sequentis anni permanebit.

¶ *Cap. 16. De electione familiarium eorumq; numero.*

HABEBVNT ultra officialem coquinae, quinque alios familiares panno rudi eiusdem coloris vestitos, cuius pretium valorem quinque regalium non excedet, quorum togae sicut ceterae Collegialium terram tantum modo tangent, qui per quinquennium demorabuntur dumtaxat ibi, et praedictas vestes cum insignibus suis in praefata vigilia sanctae Epiphaniae lucrabuntur.

¶ *Cap. 17. De qualitatibus familiarium.*

ORIGINEM trahent ex mundis pauperibus, et honestis parentibus, et non admittentur, nisi Grammaticam perfecte caluerint, et artibus operam dederint, quibus in collegio cura erit literis incumbere, et mandato rectoris in omnibus parere, qui in nullo particulari seruitio eos occupabit ultra illa, quae eis imposita erunt seruitio communitatis totius attinentia.

¶ *Cap. 18. A quibus Familiars eligantur.*

FAMILIARIVM electionem Rectori cum maiori Collegiarum parte tribuimus, quorum etiam a Collegio expulsio eodem, et non alio modo conceditur.

¶ *Cap. 19. De medico & tonsore collegio assignandis.*

HABEBVNT ultra praedicta medicum, et tonsorem honesto salariocentenos, neq; ultra ea ex expensis Collegij aliqua alia Collegialibus neq; familiaribus dabuntur.

¶ *cap.*

¶ *Cap. 20. de obedientia Rectori in ingressu iuramento confirmanda.*

IVRABVNT omnes antequam in Collegium recipiantur Rectoriam humilem, et strictam obedientiam, et harum constitutionum conseruantiam, et spectabit ad coquum solarium inferius, et superius semper habere mundum.

¶ *Cap. 21. quod in absentia Rectoris triginta diebus lapsis alius eligatur.*

SI AD paucos dies trigessimum diem non excedentes contigerit Rectorem à Collegio recedere, consiliarius antiquior vices eius geret: si vero ad plures alter loco illius eligetur vsq; ad eius regressum.

¶ *Cap. 22. quod unusquisque propriam cameram habeat.*

VNVSQVISQVE habebit cameram propriam, cuius ostium semper Rectori patebit, et in ea solus dormiet, nisi infirmitatis causa exegerit, vt aliquis de familiaribus comitetur, quo tempore necessitatis permitti volumus, et non aliàs.

¶ *Cap. 23. quod nullus alterius cameram sine Rectoris licentia intret.*

NVL LV S intrabit cameram alterius sine Rectoris licentia, nullus neq; in cameram suam mulierem intrare permittet, neq; alloquetur in solarío inferiori, neq; in aliquo alio loco, vbi suspitio mala oriri possit, sub expulsionis a Collegio pena.

¶ *Cap. 24. de sacro quotidie audiendo & minoribus horis recitandis.*

RECITABVNT quotiide horas Dominae nostrae cum commemoratione pro Regibus, et audient rem diuinam simul, sub pena vini tempore prandij.

¶ *Cap. 25. quibus diebus collega ieiunare & ad sacram Eucharistiã accedere teneantur.*

VL T R A dies statutos ab Ecclesia ieiunabunt dies veneris. Et confitebuntur omnia peccata sua, et recipient viuificum Eucharistiæ sacramentum, quater in anno, scilicet sancto die Paschatis, vel cænae Domini a suo Cura in propria Parrochia simul cõmunicantes, et sancto die Pentecostes, natalisq; Domini, et Assumptionis Virginis, mutuum testimonium inter se de confessione reddentes, et ad sacram communionem simul accedentes: Quod si contingat aliquem recedere tempore communionis, et infra quindecim dies redierit cõmunicare coram omnibus tenebitur.

¶ *Cap. 26. quo idiomate intra claustra domus sit agendum.*

NVL LV S quoq; pacto nisi verbis latinis intra septa collegij loquetur
siue collega, siue familiaris fuerit.

¶ *Cap. 27. quo die agendum sit de morum reformatione.*

CONVENT prima sexta feria cuicunque mensis ad tractan-
dum de reformatione morum, et defectibus in ordinationes presen-
tes commissis, ceterisque occurrentibus, interque si aliqua contingerit a
maiori eorum parte determinari, Rector tenebitur sub pana prestiti iura-
menti illa executioni mandare.

¶ *Cap. 28. quod omnes simul ad prandium vel cenam
conueniant.*

OMNE S ad prandium cenam, et collationem simul concurrent re-
cepturi ea suis expensis, si a communitate defuerint.

¶ *Cap. 29. quibus horis per annum ad prandium vel cenam accedatur.*

HOR A E vero in quibus concurrent sic per anni circulum mutabun-
tur, a Pascha domini Resurrectionis vsq; ad primam diem mensis Iu-
nij hora decima prandebunt: cenabunt vero hora sexta, et a die prima me-
sis Iunij vsq; ad diem Assumptionis Deifere Virginis Mariæ prandium ho-
ra nona, cenam vero facient hora quinta, et a die Beate Marię vsq; ad san-
ctum Michaelem, prandium erit hora decima, cena vero sexta. a die vero
sancti Michaelis, vsque ad quadragesimam prandium fiet hora yndecima
et cæna hora nona.

¶ *Cap. 30. quod qui sero accedat ad mensam diebus festiuis non
puniatur.*

ET quoniam in diebus festiuis, et quadragesimalibus, in quibus Dei
verbum populo prædicatur, ad prætaxatas horas prandij non poterunt
conuenire, qui vel audiendo, vel proclamando fuerint detenti: volumus,
vt talibus prandium subministretur ea hora, qua con tigerit a tam lauda-
bili occupatione remeare, neq; licebit remanentibus in Collegio prande-
re præfatis diebus quamuis hora consueta pulsata sit, nisi maior pars Colle-
gialium concurrat ad prandium.

¶ *Cap. 31. de lectione semper in mensa habenda.*

INTER comedendum semper legant omnes Collegiales per turnum
Idempto Rectore de Blibia, vel vitis patrum.

¶ *Cap. 32.*

¶ *Cap. 32. de benedictione mensa.*

NVLLIVS comedet nisi prius benedicta mensa, et signo a Rectore dato.

¶ *Cap. 33. de silentio in mensa observando.*

NVLLVS inter comedendum loquetur, sed omnes silenter lectionem Naudient familiaribus ministrantibus mensis cum omni silentio munditia atque diligentia.

¶ *Cap. 34. quod nullus inhoneste aut sine habitu ad mensam accedat.*

NVLLVS accedet ad prandium, canam vel quempiam alium locum, in quo soliti sunt conuenire, nisi cum veste honesta, saltem talos pentingente: aliter vero venienti refectio non detur, et voto priuetur in quacumq; congregatione fuerit quo adusq; vestem mutauerit.

¶ *Cap. 35. de equalitate in cibis seruanda.*

NVLLVS in mensa communi abundantiori, delicatiori, aut pretiosiori cibo vtetur ceteris.

¶ *Cap. 36. de conclusione habenda post prandium.*

POST prandium semper sustentabitur conclusio Theologalis, vel iuris Canonici per turnum ab omnibus, dempto Rectore, si excusari voluerit, et si aliquis Canonistarum a Collegio abesse contigerit, alter de titulis Theologalibus in sacris Canonibus contentis sustentare teneatur, vt Theologi ipsum valeant impugnare.

¶ *Cap. 37. quod tres Collegiales assignentur qui contra conclusionem insurgantur.*

ARGVMENTABVNTVR contra quamlibet conclusionem tres Collagiales ad minus verbis honestis, pacificis, impertinentibus pratermissis, et intererunt omnes Theologi cum Rectore Collegij omnibus generalibus reparationibus Artistarum, in quibus saltem vno medio argumentabuntur: ne peritia, quam labore longo in artibus comparauerunt, propter desuetudinem hebeterur.

¶ *Cap. 38. vt nullus prandeat, aut ceneat extra Refectorium.*

NVLLVS prandebit, aut ceneabit extra refectorium: nisi ratione infirmitatis. Et prandio, vel cœna finitis cum exercitijs eorum ad cameras suas statim recedent.

*¶ Cap. 39. Quod nullus ad prandium in collegialium cameris inuitetur
sine Rectoris licentia.*

NVLLVS inuitabit quempiam ad prandendum, vel cenandum in camera, vt quietudini, et honestati Collegij consulatur, poterunt tamen Rector, et Consiliarij, si ei bene visum fuerit, aliquam personam grauem, seu illustrem de consensu omnium Collegialium ad prandium, vel cenam admittere, expensis illorum qui tale conuiuium fieri voluerint: si tamen contigerit aliquem de Collegialibus antiquis, qui ante fuerint, ad urbem aduentare volumus quod expensis collegij prandium sibi semel ad ministratur, dummodo non contingat vltra trinam vicem in anno eum.

*¶ Cap. 40. Quibus diebus collegialibus extraordinarium prandium
assignetur.*

ET quia principales anni festiuitates maiori iocunditate, et laetitia celebrandę sunt: volumus in diebus natiuitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Epiphanię, die Carnispruium vt aues Collegialibus dentur: Purificationis tamen dominicę, sancti Ioanis Baptistę, Corpus Christi, Assumptionis, et Natiuitatis, et Conceptionis, et Annuntiationis Beatę Marię, et sanctę Crucis Septembris, et Maij, et omnium Sanctorum, aliquid ad portionem quotidianam addatur iuxta Rectoris, et Consiliariorum temperatum arbitrium.

*¶ Cap. 41. Quod omnis prandio aut cęna priuatus ad Refectorium
accedere compellatur.*

NVLLVS eorum qui priuantur a mensa communi, prandebit, aut cenabit in camera: sed proprijs expensis in publica mensula: quorum prandium sex tantum numis, qui vulgariter maruedis nominantur, cenam vero quatuor volumus appetiari.

¶ Cap. 42. de tempore claudendi ostia Collegij.

CLAVDENTVR ostia Collegij prima hora noctis dum salutatio- nis Angelicę signum in nostra Ecclesia sonuerit, collegij campana ter prius pulsata, duobus spatijs breuibus intermedijs, talibus videlicet vt in quocumq; eorum, qui alicuius intra cameram fuerint, possint Collegium exire, et nō aperientur ostia prędicta, vsq; ad diē sequentem orto iam sole.

¶ Cap. 43. Quod tempore prandij aut cęnę ostia collegij claudantur.

ERIT clausum ostium superius semper a tempore prandij, vsq; ad horam primā: si militer in estate tempore cenę, vsq; ad finem eius: ostium
vero

vero inferius nunquam aperietur, nisi cum necessitas exegerit ad vten-
tia aliqua recipiendum, et de mandato Rectoris super auctore eius conscien-
tiam oneramus.

¶ *Cap. 44. de non referando ostio Collegij post solis occasum.*

POST clausum ostium tempore nocturno nullo modo aperietur, nisi
grauissima necessitate mortis, scilicet, vel receptionis alicuius sacra-
mentorum urgente, quam Rector, et Consiliarij cum media parte Colle-
gialium talem iudicabunt.

¶ *Cap. 45. Quod nullus extraneus intra collegium clauso ostio manere possit.*

NVLLVS extraneus poterit manere in Collegio post clausuram ostij
sub expulsionis pena pulsata campana. Nullus talis quoquo modo ad-
mittetur ad spectaculum aliquod per fenestras videndum, sub pena carce-
ris, et panis, et aquæ.

¶ *Cap. 46. Quod nullus intra mania, vel sub vrbia huius ciuitatis
nocturno manere possit.*

NVLLVS dormiet extra Collegium in ciuitate vel sub vrbis eius
sub pena ieiunij panis et aquæ pro primo, duplicis ieiunij et reprehē-
sionis publicæ pro secundo, et expulsionis a Collegio pro tertio: nisi Re-
ctor, et Consiliarij propter grauem infirmitatem, et consilium medici, id
faciendum iudicauerint.

¶ *Cap. 47. Quod nullus sine habitu publice, siue domi, siue extra
incedere possit.*

NVLLVS extra Collegium, vel in eodem in publico sine habitu in-
cedet, et honestate ei debita, nec in propria camera ianua referata
habitus sine eodem et honestate. Quod si aliquis extra urbem profecturus
sit equitando via recta in habitu itinerario, decente exire tenebitur, et
non aliter: si vero ad spectaculum aliquod, seu alicuius hospitium iuisse
fuerit deprehensus pro prima vice pane, et aqua ieiunet, et pro secunda su-
per ieiunio eodem per vnum mensem a prandio, et cæna priuetur, et pro
tertio a Collegio expellatur: informationis vero, et inquisitionis faciendæ
super hac re semper Rectori cura incumbet sub pena præstiti iuramenti.

¶ *Cap. 48. Quod nullus non aliter quam cum alio collega e domo exire possit.*

NVLLVS exibit domum sine Collegiali scotio, et Rectoris licentiâ
obtentâ neq; a familiari, aut quouis alio seruo, quispiam siue Rector,
siue Consiliarius sit associabitur. Et quoniam ubi est ordo, et certa passi-
monia

monia norma ibi recte cuncta procedunt, et redditus a Casarea maiestate dicto Collegio assignati, summam centum, et octoginta millia marapetitorum vulgaris monetae non excedunt, et in hac ciuitate cibariorum praecium crescit ac descrecit secundum diuersitatem temporis: statuimus et ordinamus, ut Rector, et Consiliarij, iuxta dictam diuersitatem, et abundantiam annonae, vel penuriae, ita ordinent, et distribuunt portiones Collegialium, et familiarium cum ceteris in dicto Collegio expendendis, ut nihil eis desit in fine anni ad victum, et vestitum necessarium.

¶ Cap. 49. Quod nullus collegij debitor ad portionem quotidianam post Epiphaniam admittatur.

NVLLVS, qui alicuius pretij quantumcumq; modici debitor Collegij extiterit post diem sanctae Epiphaniae ab eo portionem recipiet.

¶ Cap. 50. Quod aliquis quatuor mensium spatio possit a collegio recidere.

ET quoniam ratio aliquando exiget, ut aliquis praedictorum Collegialium pro suis negotijs a Collegio recedet, declaramus absentiam talem voluntariam per duos menses dumtaxat duraturam, quod si forte vrgens necessitas maiorem dilationem exegerit, facto iuramento perse vel procuratorem in manibus Rectoris, de praedicta necessitate, poterit Rector talibus duos menses alios concedere: familiaribus vero, poterit in quocumq; euentu dumtaxat vnus mensis assignari, quo transacto, alter loco eius recipiatur.

¶ Cap. 51. Quod nullus tempore visitationis a collegio recedat.

NVLLVS recedat a Collegio extra urbem tempore visitationis, quae quolibet anno facienda est per vnum de Dignitatibus, vel Canonici huius nostrae sanctae Ecclesiae, nisi ab eo qui visitauerit licentia sit petita, et obtenta.

¶ Cap. 52. Quod nullus Collegiarum promunere sibi iniuncto aliquid recipiat.

NVLLVS Collegialium ad aliquod Collegij officium electus pro labore suo aliquid recipiet, et destinatus extra illud ad quicquam peragendum, quod non nisi pro re certa necessaria fieri permittimus, et de mandato Rectoris, et maioris partis eorum solo victu erit contentus.

¶ Cap. 53. quod omnes dum ad doctoratus gradum ascendunt suam facultatum exercitijs.

NVLLVS de Collegialibus, siue Magister in artibus, siue in iure graduatus existat, exercitium continuum suae facultatis praetermittens, quin

quin in exercitio debito ad gradus suarum facultatum recipiendum semper sit occupatus: qui vero in actibus annuatim faciendis iuxta dispositionem Vniuersitatis ad Doctoratum in sacra Theologia, aut in iure Canonico recipiendum desides fuerint, toga, et insignibus anni venturi priuetur.

¶ *Cap. 54. De Nouitiorum Magistro.*

RECTORI anni immediate precedentis incumbet Magistrum esse Nouitiorum, et eos de constitutionibus, et obseruantia earum informare.

¶ *Cap. 55. De ordine seruando in collegialium antiquitate.*

IN omnibus Collegas antiquiores preferendos ordinamus, quorum dispositionem sequentem sic discernimus, vt Sacerdotes post Rectorem primi habeantur, deinde Doctores: sed in Theologia Doctor reliquis in Pontificio, aut Cæsareo iure prior sit, si cę; in alijs gradibus ordinentur, vt Licenciatus Licenciatum, Bachalarus Bachalarium precedat. Tertio Magister in Artibus, dummodo sit reges in iure Licenciatum, antecedit: nõ tamen in Theologia Licenciatum. Quod si in Artibus dumtaxat magister fuerit: Bachalarium in iure, non tamen in Theologia præcedere poterit. in obtinētibus gradum, Cathedram, aut Sacerdotium promotis antiquior ab ingressu præferatur. Et volumus, quod in electione Camerae, et indumenti Sacerdotibus graduatis siue Cathedratice semper anteponatur.

¶ *Cap. 56. De penis infligendis sanctum Dei nomen peierantibus.*

NVLLVS iurabit sanctum Dei nomen, aut alicuius sanctorum sub pena priuationis vini pro prima vice, eiusdem vini, et fructuum pro secunda, ieiunij in pane et aqua pro tertia, priuationis prandij pro quarta, prandij, et cęnae pro quinta: si infra eundem mensem cõtigerit errare in hoc.

¶ *Cap. 57. Quod ludi Collegialibus interdiciantur.*

NVLLVS ludet ad cartas, taxillos, aut alios seculares ludos in Collegio, neę; extra quoquo modo sub præstiti iuramenti pana.

¶ *Cap. 58. Quod liceat Collegialibus ad Beneficia seu Cathedras se opponere.*

AD Cathedram regendam, et beneficiorum obtentionem licebit, tam modernis, quam antiquis Collegialibus ad probationem, et experientiam talentorum, quibus præditi sunt se opponere, vt veritate maioris idoneitatis eorum comperta decentiores elligantur.

Cap. 59. Quod tempore capilli, & barba tondeantur:

NVLLIVS patietur ultra tres hebdomadas barbam crescere, neque propter honestatem Clericalem tonso capite, neq; capillos incedere ultra medietatem aurium dilatare sinet.

Cap. 60. De conuitijs ludibris, & impopijs a collegialibus arcendis:

NVLLVS etiam detrahet alteri conuitio afficit, neq; percutiet sub pana ieiunij communis pro primo, ieiunij in pane, et aqua, et oburgationibus coram omnibus a Rectore pro secundo, et expulsionis a Collegio pro tertio.

Cap. 61. Quod nullus arma aut liram habeat in camera.

NVLLVS habebit in camera sua arma proprie, neq; aliena, neque liram habebit, aut pulsabit.

Cap. 62. Quos gladios deceat deferre.

NVLLVS portabit arma, nisi paruos gladios ad scindendum panem et parandos calamos.

Cap. 63. Quod tempore liceat a collegio descendere.

TEMPORE pestis licebit domum relinquere, et oppidum pro decetia eligere, vbi in habitus honestate, claustra, atq; literarum solitijs exercitijs commorentur.

Cap. 64. Quod omnia necessaria infirmis concedantur.

INFIRMIS dabuntur omnia necessaria in Collegio, neq; extrahentur a eo, nisi consensu Rectoris, et Consiliarium in casu necessitatis vrgentis, et si contingerit ibidem extremum diem claudere absq; facultatibus ad funera dabuntur sibi, ea quæ opus fuerint.

Cap. 65. De obseruando secreto in electione Rectoris & peni aliter agentibus incurrendis.

CAETERVM, quia electionibus faciendis non nulla ex mutuo collegialium colloquio oriri solent scandala quare præter ius, et æquum celebrantur volentes huiusmodi dispendio obiare tranquillitati et pacis eorum consulere. Statuimus, et ordinamus quatenus excommunicationis maioris pana: quam ipso facto quilibet transgressor incurrat, ab solutionem nobis reseruamus, nec non sub pana restitutionis etiam in foro conscientie

scientiæ omnium bonorum, quæ a Collegio reciperint Collegiales, erga ipsas iuste, ac timorose se habeant, videlicet, vt neq; nuntio, neq; aliquo alio exquisito colore, quis quemq; super aliquem ausus sit sollicitare, neq; alicui suffragium suum promittere, neq; si dederit vel non in futurum referre, neq; si forsam promisserit post promissionem reddere. Quod si quis ausu temerario huic constitutioni (quod Deus auertat) contraueniret, restitutionem et excommunicationem prædictas incurrat.

¶ *Cap. 66. De modo in electione Rectoris seruando.*

IN vigilia Epiphaniæ clausis Collegij ianuis Rector et Colledge omnes in Capella conuenient, et missa coram omnibus celebrata Rectorem et Consiliarios electuri modum soquentem seruabunt. Quocumq; vocis passue existente capace. (Præter Rectorem, et Consiliarios) præstabit vnusquisq; tria suffragia pro tribus Collegis ad Rectoratus officium, et ex omnibus vocem passiuam habentibus tribus selectis, qui alios suffragijs præcellant per Rectorem et Consiliarios nomina illorum trium pilulis tribus cereis inuoluentur, e quibus vna, a pileo vel vrna extracta et aperta, cuius nomen contentum inueniatur Rector erit reliquorum, videlicet, antiquior ab ingressu Consiliarius maior, alter vero minor.

¶ *Cap. 67. De annali visitatore, et tempore quo debeat visitationem implere.*

VNVS de Dignitatibus, aut Canonicis ad Epiphaniam quotannis eligetur, qui Collegij personas, et bona visitare a die Epiphaniæ incipiet, et ad Purificationis festum, vsq; finire tenebitur, quod si alio anni tempore oportuerit Visitatorem petere, Capellæ decreto petatur, et a Natiuitate virginis ad sancti Hieronymi festum munus electi circumscribatur.

¶ *Cap. 68. De qualitatibus culparum, et supplicij pro eis infligendi.*

SI quispiam in has nostras constitutiones deliquerit (quas sub pænâ præstiti iuramenti obseruari, volumus et mandamus) iuxta qualitatem culpæ mensuram humiliter et pacienter recipiet pænâ. Siquidem quatuor sunt culparum modi: earum enim quædam est leuis, altera grauis, reliqua grauior, quarta grauissima.

¶ *Cap. 69. De culpa leui eiusq; supplicio.*

AD primî gradus transgressionem pertinet seu ex desideria inaduer-
tentia latine semel, aut bis non loqui, absq; habitu honesto in solatio superiori apparere, minus ordinate, et mature incedere, gesticulationes facere, indebite, et rixose clamare, inter comedendum loqui, ante benedictionem vel signum a Rectore datum comedere, et cætera huiusmodi

114
quæ arbitrio Rectoris talia iudicabuntur, pro quibus seu eorum quolibet fructibus, qui in principio prandij dantur priuabuntur, vel cana, si post prandium defectus ille contigerit, vel vtriusq; si relapsus meruerit.

§ Cap. 70. De secundo gradu culparum.

AD secundum culparum gradum pertinebit horas Dominae nostræ non recitare, rem diuinam non audire, ferias sextas non ieiunare, cōfessionem pro temporibus statutis, vel tempore infirmitatis retardare, semel ex inaduertentia vel surreptione iurare, honori alicuius detrahere, mandato Rectoris non statim obedire, vnam lectionem, vel argumentationem, vel repartitiones vnas prætermittere, officium iniunctum semel, aut bis non adimplere, cameram alterius semel intrare, habitu sordido incedere, et cætera id genus. Pro quibus ieiunium commune, vel priuatio vini cum fructibus in prandio solum, vel in prandio, et cana simul, si Rectori videbitur expedire humiliter patientur.

§ Cap. 71. De tertio culparum gradu.

AD tertium vero gradum attinebunt culpæ grauiiores, quæ sequuntur scilicet conuitio aliquem afficere, contra Rectorem murmurare, vel ipsum toruis oculis aspicere, ad chartas, vel taxilos, vel aliquos seculares ludos ludere, secretum capellæ reuelare, extraneum ad comedendum vel spectaculum aliquod in Collegio videndum sine licentia intromittere Rectoris, aut sine sortio Collegium exire, sine habitu incedere aliquoties cameram alterius intrare. Pro quibus, vel ieiunium in pane, et aqua, vel carceris detentio, vel vtrunq; prout Rectori visum fuerit delinquenti imponetur, et ipse patienter subire tenebitur.

§ Cap. 72. De quarto culparum gradu.

AD culpas quarti gradus, quæ grauissimæ sunt, expectat expulsio, et a consortio, et societate nostra separatio.

§ Cap. 73. Quæ pertineant ad officium Rectoris.

AD officium Rectoris pertinebit omnes Collegiales, et Familiæres discretè, charitatiue, ve, pia cēsura gubernare, cōstitutiones nostras in omnibus executioni mandare super lectores intendere, et an bene et plene legant horas, in quibus tenentur, aspicere, et Bedelis punctum comedere, super reparationibus et cōferentijs vt bene fiant vigilare, munditiā Collegij, tã in angulis quã in pauimeto procurare, delinquētes corrigere, des

desides adhortari, studiosos animare, et pro posse premiare, rationem, et computum in fine mensis accipere, et signare, in licentijs dandis prudenter se habere, pecunias ei datas cum Consiliarijs obseruare, et super omnia honorem, et honestatem domus zelare.

¶ Cap. 74.

Iuramentum collegialis recipiendi.

EGO. N. iuro Deum quod meo Reſtori in omnibus licitis et honestis parebo, honorem commoda, libertatem, et præminentias Collegij tẽpore quo in eo permansero, et quo ad vita mihi comes fuerit pro viribus procurabo ac defendam, et siquid mihi iniunctum fuerit, aut de mandatum non recusabo. sed siue Reſtor, siue Consiliarius, siue Procurator electus fuero, aut orator, siue Nũtius ad Romanam, siue Regiam Curiam, aut quouis alio destinatus fuero executurus, constitutiones has prout in eis cõtinetur, obseruaturus, neq; alias his contrarias, vel derogatorias, auctharum intentione alienas procuraturus, nec absolutionem, siue relaxationem huiusmodi iuramenti petiturus, procuraturus, aut accepturus.

¶ Cap. 75.

Iuramentum a visitatore faciendum.

EGO. N. in visitatorem electus iuro omnipotentem Deum, et sanctos Angelos eius, quod omni post habito odio, gratia, vel affectione personas, et bona huius Collegij fideliter visitabo, neq; verbo, neq; signo, aut quouis alio exquisito colore si qui fuerint, quos in visitatione nouero, quã per me ipsum sine Tabelione intermedio exequar, alicui pandam, et quod in omnibus pro virili commoditatem, et honorem eorum procurabo.

¶ Cap. 76.

Iuramentum pro electione Reſtoris, & Consiliariorum.

NOS. N. et. N. et. N. in Rectorem, et Consiliarios nominati, atq; electi, iuramus omnipotentẽ Deum, et sanctos Angelos eius, quod recte et fideliter omnia iura bona et commoda ad Collegium pertinentia iuxta normam, ordinem harum constitutionum procurabimus, et obseruabimus, ac custodire, et obseruare ceteros pro possibilitate nostra faciemus, et quod neq; nos, aut aliquis nostrum a domo recedet, nisi ratione reddita honorum ipsius. sic nos Deus adiuuet, et hæc sacrosancta Euangelia.

¶ Cap.



Cap. 77.

De iuramento pro electione Rectoris, & Consiliariorum.

IVRAMVS DEVM, et sacra eius Euangelia, et sanctam hanc **✠** crucem, quam manibus nostris tetigimus, quod inter nos tres Collegiales eligemus vnum pro Rectore, et ceteros duos pro Consiliarijs, quos cōducibiliores Collegio, et regimini huius domus intellexerimus ad Deum solummodo, et ad honestatem, honorem et augmentum huius domus oculos habentes.

QVASQV IDEM constitutiones obseruari mandamus, prout in eisdem continetur, et nostris nomine, et sigillo eas muniuimus, et per notarium infra scriptum Secretarium nostrum refrēdari iussimus. Datum Garnatæ anno a Natiuitate domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo: die vero vigesima mensis Aprilis. Gaspar Garnatensis de mandato sui Illustris ac Reuerendissimi Domini Ioannes de Valdes Secretarius.

Cap. 78.

Iuramentum pro electione Rectoris, & Consiliariorum.

[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Cap. 79.

Iuramentum pro electione Rectoris, & Consiliariorum.

[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]


NOS N. et N. et N. in Rectorum, et Consiliariorum nomine, sed electi, in eius omnipotentis Dei, et sancti Angelos eius, quod re et ceteris omnibus iura bona et commoda ad Collegium pertinentia iuxta normam, ordinem huius constitutionum procurabimus, et observabimus, ac custodire et observare ceteros pro possibilibus nostris faciemus, et quod nec nos, nec aliquis nostrum a domino recedat, nisi ratione reddita honorum ipsius, sic nos Deus eduxerit, et hec facta iurata Evangelia.



IX

CAPITULO DE VI

SITA QUE ORDENO EL LICENCIA DO HERNANDO
de Chaues, Visitador deste Collegio por comission de su
Magestad.



ON PHILIP

PE POR LA GRACIA DE DIOS Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iauen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias, Islas, y tierra firme del mar Oceano, Duque de Milan, Conde de Flandes, y de Tirol &c. A vos el Rector, y collegiales, del nuestro collegio de la ciudad de Granada salud, y gracia. Sabed que en el nuestro consejo se vio la visita, que de esse dicho collegio por nuestro mandado hizo el Licenciado Hernando de Chaues oydor de la nuestra audiencia, y chancilleria, que reside en essa ciudad, y assimismo lo que por vuestra parte se nos a supplicado a cerca de cosas conuenientes al buen gouerno del. Todo lo qual por los de nuestro consejo visto mandamos proueer lo siguiete.

1 PRIMERA MENTE en quanto a lo que la constitucion onze apunta que algunas vezes demandado de los Prelados de esse Arçobispado, las informaciones de los que se an de recibir en esse collegio, no sean hecho en el lugar del oppositor sino dentro en essa ciudad como se auia hecho en la recepcion de algunos maestros, y en lo que tocava a la pobreza se auian recibido algunos ricos en mas summa de lo que la constitucion requeria, y para ouiar lo suso dicho, y que de aqui adelante no se haga. Mandamos, que las constituciones que acerca desto damos se guarden y cumplan. Y cumpliendo el Prelado de essa ciudad no pueda dispensar en ellas, sino que los collegiales libremente, y guardando las dichas constituciones hagan la election de collegiales como por ellas se manda sin que el dicho Arçobispo se entremeta en ello.

2 I T E M quanto por las cõstituciones diez y siete, y diez y ocho se manda que los familiares no esten en el collegio mas de cinco años, y que conuiene al collegio, que alcabo dellos sean reelegidos por la falta que ay de buenos seruidores. Mandamos que los tales familiares alcabo de los cinco años, que vieren estado en el dicho collegio, concurriendo en ellos las qualidades necessarias, puedã ser reelegidos para el seruicio del dicho collegio.

I T E M , quanto a que se añada la constitucion diez y ocho, para que
los

los familiares si quisieren puedan estudiar derechos, o la facultad que quisieren, porque la constitucion solo manda que sepan grammatica, y estudiẽ artes, y q̄ conuiene por constitucion proueer que promiscuamente se puedan elegir por familiares Artistas, Juristas, o de qualquier facultad siendo idoneos, y benemeritos. Mandamos que los familiares de esse Collegio puedan estudiar en el la facultad que quisieren.

4 I T E M que por razon que la constitucion veynte y dos no declara si el Consiliario mas antiguo falta, quien presidira en el collegio por Vicerector los treynta dias en ella contenidos conuenia añadir, y declarar si presidiria otro Consiliario, o el Collegial mas antiguo, y que la costumbre de esse Collegio era que presidia el Collegial mas antiguo, y no el Consiliario menor. Mandamos que el Collegial mas antiguo presida.

5 I T E M en quanto a lo que cerca de la constitucion veynte y cinco, parece se a vsado, que es que quando alguna muger viene a esse Collegio, y auia de entrar en aposento de algun Collegial se pedia licencia al Rector diziendole el nombre de la persona, y calidad della, y obtenta licencia entraba, alias no. Laqual costumbre no era conforme a la constitucion. Mandamos que quando lo suso dicho acaeciẽre sea con licencia del Rector, al qual le encargamos conceda las menos vezes que pudiere, informandose y sabiendo primero la persona que es.

6 I T E M quanto toca a oyr missa juntamente con los Collegiales que no la suelen oyr juntos por que no se dezia missa en el Collegio por no auer capellanes que la dixessen de obligacion. Mandamos que proueydo lo de los capellanes, y auiendolos en el dicho Collegio, se guarde la constitucion, que cerca dello dispone.

7 I T E M quanto la constitucion veynte y ocho se a quebrantado algunas vezes en dos cosas. La vna en que los Collegiales no van todos juntos ala Parrochia, y sagrario a comulgarse, sino q̄ cada vno va adonde le parece pedida licencia al cura de la Parrochia para la comunion del dia de Pascua. Mandamos que acerca de lo contenido en este capitulo se guarde la constitucion entodo, y por todo como en ella se cõtiene sin exceder della.

8 I T E M quanto a no se auer vsado, ni guardado la constitucion veynte y nueue, y que por vn capitulo de visita estaua declarada, que en lo que toca a hablar latin en el Collegio se entendiẽsse estando cerradas las puertas del. Mandamos que el hablar latin en el dicho Collegio, se entienda la constitucion en el refitorio.

9 I T E M, quanto a cerca de lo cõtenido en la constitucion treynta y vna parecia que lo que se auia vsado en esse Collegio era, que el que faltaua a la comida, o cena, comia a su costa quando el Rector lo mandaua executar, y no de otra manera, mandamos que lo que hasta aqui se a vsado cerca de lo
con

contenido en este capítulo, se guarde y cumpla, y que el Rector lo haga así, y se le da poder y arbitrio para que lo execute.

10

I T E M a cerca de la constitucion treynta y dos que trata de las oras de comer, y cenar, esta dispensado, o cōsentido por los collegiales, q̄ la cena del inuierno sea a las ocho, y no a las nueue, y que tambien estaua mudado por costumbre, que desde primero de Junio hasta nuestra Señora de Agosto, la cena fuesse a las seys oras, y no a las cinco, y se hazia así. Mandamos que lo contenido en este capítulo se guarde y cumpla así, excepto que la cena en el inuierno sea a las nueue oras de la noche.

11

I T E M quanto a cerca de las constituciones treynta y nueue, y quarenta parecia que cada dia no se sustentaua nueua conclusion, sino que vn Collegial proponia vn dia, y otro dia otro, o quando el Rector hazia seña arguia el Collegial mas antiguo, vnico medio, y auia respuesta, y replica, hasta que el Rector hazia seña que callassen, y otro dia quando el Rector mandaua arguir a otro Collegial, y así todos por orden en diuersos dias, y despues tornaua otra vez a arguir el Collegial mas antiguo, y todos subseguidamente hasta acabar. Por manera q̄ en sustentar vna conclusion se tardaua algunas vezes mas de vn mes. Mandamos, que cada semana se sustente sola vna conclusion, y esta sea los Viernes, o Sabado en la noche, y la sustenten todos los Collegiales, comenzado por el mas antiguo, y en cada conclusion arguyan tres Collegiales los mas nuevos en la profesion de la conclusion propuesta, y del que la propone, comenzando a arguir el mas nuevo dellos, y cada vno proponga tres medios, y prosiga el vno con replicas hasta tanto que el Rector haga seña que callen, y que en el proponer de la conclusion, y fundalla, y en el arguir y proseguir los argumentos, y repuestas no se aleguen glosas, ni authoridad de Doctores sino solamente razones, y textos en la facultad, y por la ocupacion que los Collegiales tienen en otros estudios y lecturas. Asimismo mandamos que la conclusion se proponga en el Refitorio donde se a de sustentarse dos dias antes, porque los que an de arguir tengan tiempo bastante para estudiarla bien, y de rayz. La qual dicha conclusion se sustente cada semana como dicho es, no embargante que falte el Rector, y Vicerector del dicho Collegio.

12

I T E M quanto a vn capítulo de visita que esta en la constitucion quarenta y dos, que permite combidar en la camara del Collegial alguna persona, con que el Collegio solo le de carbon para guisar, y la costumbre es que se da al Collegial su ordinario, y dos panecillos, y vn quartillo de vino, y si mas quiere a su cuenta, y que siempre se a usado, que quando el Rector combida a alguna persona de la calidad que la constitucion dize, siempre lo haze de consentimiento del Collegio, o de la mayor parte del, y que el gasto era siempre a costa del Collegio, y que de las vezes que entre año venia defuera a esse Collegio, y comian en el, no se contauan, y

E i que

que también se solían algunas vezes combidar a Collegiales antiguos, que viuián en esta ciudad aun que pocas vezes. Mandamos que sobre lo contenido en este capítulo se guarde la constitucion que sobre ello dispone sin exceder della.

13 I T E M quanto al capítulo de visita que esta en la constitucion quarenta y seys, que manda, que quando viuiere años de Vniuersidad, aun que sea dada la ora de comer, y coman los collegiales a de estar abierta la puerta principal del collegio hasta que se acabe el acto, y lo mismo en el examen secreto de noche las vezes que ay Licenciamientos. Mandamos que lo que esta proueydo por visita acerca de lo contenido en esta constitucion se guarde y cumpla como en ella se contiene.

14 I T E M quanto a lo que a cerca de la constitucion cinquenta y vna se vsa, que quando algun collegial tiene officio en esta Chancilleria, o en otra qualquiera parte va solo con sus criados, y vn familiar si esta desocupado. Mandamos que cerca de lo contenido en este capítulo se guarde la constitucion, con que no puedan entrar en casa ninguna.

15 I T E M quanto a lo que la constitucion cinquenta y dos trata de la renta de esse Collegio, y de las porciones y ordinario de los Collegiales, y que la erection y prouision nuestra no declara el ordinario que se les a de dar para su comida, ni la dicha constitucion lo declara, y lo que se auia usado despues que se hizo era, que los dias de carne se daua a cada Collegial libreta y media de carnero, que son veynte y quatro onças, vna libreta a la comida y media a la cena, fruta al principio y a la postre: y la libreta de la comida, la mitad siempre cocida, y la otra mitad assada, o en platillo, o lo que monta la media libra se da de cabrito, o otra cosa conforme al tiempo, y a los familiares se les da vna libreta de carnero de a diez y seis onças la media a la comida, y la otra media a la cena sin otra fruta, y que en los dias de pescado que ayunauan los Collegiales y familiares no se les da mas que vna comida, y en ella se les da a los Collegiales tres seruicios de huebos y pescado y mas vn potaje, y cada seruicio era la tercera parte de vna libreta de pescado, de manera que vna libreta de pescado se reparta entre tres Collegiales, y a los Familiares se les daua dos seruicios y vn potaje, y este ordinario se da en todo el año agora sean baratos, o caros los mantenimientos, y los dias que la constitucion da de addito, o extraordinario los arbitran el Rector, y Consiliarios, y de pan y vino se les da a los Collegiales todo lo necesario que piden, y a los Familiares todo el pan necesario, y medio quartillo de vino a cada comida. Mandamos que la costumbre que siempre cerca desto se a tenido se guarde y cumpla así y se passe con ella como hasta agora.

16 I T E M quanto a lo que cerca de la constitucion cinquenta y quatro se apunta

apunta que en la ausencia de los Collegiales hasta aquí no se a tenido entera cuenta de embiar procurador, o mensajero passados los dos meses como la dicha constitucion lo manda, sino que quando el Collegial sale de essa ciudad dize que se deterna en el camino el tiempo que le parece es necessario, y hasta passados los quatro meses no se tiene cuenta en la ausencia, y ay capítulo de visita que lo permite así, y por razon que esta no declara la pena que a de tener el Collegial ausente, que no viniere al Collsgio al tiempo de los quatro meses. Mandamos que cerca de lo contenido en este capítulo se guarde la constitucion que sobre ello dispone, y no se exceda della so pena de priuacion de Collegio.

17 I T E M quanto a la forma de como se guarda la constitucion cinquenta y siete de los actos que es, que el primer año que entra el Collegial siem pre se le da manto y beca la vispera de los Reyes, y si hasta otro dia de los Reyes del año siguiente tiene hechos sus actos le dan su manto y beca, aunque aya mas de vn año cumplido que este en el Collegio quando los comienza a hazer, y si para dia de eleccion del Rector no tiene hechos los actos no se le da el habito de manto, y beca, y los actos que el Theologo haze cada año son dos, y duran quatro años ocho actos, los quales a de hazer hasta graduarse de Licenciado, y el Iurista no tiene mas acto de la repeticion, y examen secreto, y haziendo el primero año esto despues siempre le dan manto y beca, aunque no se gradue de Doctor, y no haziendolo no le dan el habito, y que cerca desta constitucion ay vn capítulo de visita que la declara, mandando que no se entienda con los Collegiales que entraren en el Collegio graduados ya de Licenciados, o Doctores en Theologia, o derechos por otra Vniuersidad, pero que si el Collegial despues de entrado en el Collegio se fuere a graduar por otra Vniuersidad, que si no hiziere en essa los actos, no se le de el dicho manto, y beca. Mandamos que lo contenido en esse capítulo se guarde y cumpla de la forma, y manera que hasta aquí sea usado.

18 I T E M quanto a la constitucion cinquenta y nueue que trata de las antiguedades, siempre a auído muchas dudas, y dissensiones, y no auía auído cosa del todo assentada, y lo que mas se a usado es que siempre sean preferidos en todas las cosas los Collegiales mas antiguos a los modernos, aunque fuessen Clerigos y Theologos excepto que a los Doctores graduados por essa Vniuersidad se les daua la antiguedad, y en esto solo se guarda ua la dicha constitucion, y que despues cerca deste artículo vuo cierta dissension y auía salido cierta interpretacion del Arçobispo de essa ciudad por via de capítulo de visita, por el qual se mando que los Collegiales Doctores graduados por essa Vniuersidad, se prefiriesen en todo a los otros Collegiales mas antiguos despues de passados quatro años de su entrada y no antes: porque parecia que hasta entonces no auía negligencia en el

graduarse, especial los Theologos que an de hazer ocho años, y cada año no pueden hazer mas que dos conforme a las constituciones, para q̄ cesen los inconvenientes que sobre esto podría auer, como algunas vezes a auido. Mandamos, que el Collegial mas antiguo ab ingressu, sea preferido en todas las cosas, despues del Rector, lo qual se entienda excepta pralatione capellanorum, y entre los que entrassen juntos de vna eleccion guarda la constitucion antigua de esse Collegio.

19 I T E M quanto a cerca de la constitucion sessenta y vna, se apunta que las noches de fiesta desde el de Nauidad hasta el día de los Reyes, los Collegiales juegan a los naypes todos juntos en cõmunidad en la camara del Rector, y el Collegio da los naypes. Mandamos que sobre lo contenido en este capitulo se guarde la constitucion, y la pena que el Rector impusiere en esto sea otra y no sea prastitia.

20 I T E M quanto la constitucion sessenta y dos apunta acerca de que los Collegiales por comedimiento siempre ceden a los mas antiguos en las pretensiones, y como el Arçobispo de essa ciudad era el que lo proueya, y en todo se hazia lo que el queria sin contradicion. Mandamos que agora y de aquí adelante quando se ofreciere opposicion de Cathredas, o beneficios, y quisterẽ oponerse muchos Collegiales, que el Rector, y Collegiales den la opposicion al que entendieren que es mas suffiçente, y los demas passen por ello, sub expulsiõis pana, y esto no se entiẽda en los beneficios del Collegio, sino que estos se den siempre al mas antiguo ab ingressu.

21 I T E M en quanto a la constitucion setenta que trata de la eleccion de Rector, y Consillarios, y que por el poco numero de Collegiales que suele auer en el Collegio, casi siempre se dispensa por el Prelado de essa ciudad, que los que an sido Consillarios el año precedente sean capaces de eleccion de Rector, y se vota por ellos, y que algunas vezes no auia numero para votar por tres, y assi el año de quinientos, y sessenta y siete, con parecer del Arçobispo de essa ciudad, auia sido la eleccion de Rector por votos, votando cada Collegial por vno solo, y el que mas votos auia tenido, auia sido Rector. Mandamos que la eleccion de Rector se haga por fuerres, y no por votos, y q̄ no puedã ser reelegidos en ninguno de los officios el año inmediato siguiente, sino viere falta de Collegiales, y que en este caso los Consillarios sean capaces de ser reelegidos por Rector, y no por Consillarios, y el Rector precedente no pueda ser reelegido por Consillario, sino fuere en defecto de no auer quien lo pueda ser.

22 I T E M, quanto por parte de esse Collegio se nos supplica a cerca de la constitucion setenta y vna que el Visitador que en cada vn año visitare el dicho Collegio conforme a la dicha constitucion sea Oydor de essa Chancilleria, y sea alomenos de primera tonsura, y no casado, y que le nombre el Presidente de essa audiẽcia, o que lo sea vna Dignidad, o Canonigo de

la Yglesia Cathedral de essa ciudad, que sea letrado, el que el Dean y Cabildo eligieren y se presente al Collegio con fe de su nombramiento, y que al tal Visitador se le de algun premio por su trabajo. Mandamos que el Arçobispo de essa ciudad juntamente con el Cabildo nombren persona del que sea de letras, experiencia, y conciencia para que haga la dicha visita.

23 I T E M en quanto se pide que se de forma de eleccion de Collegiales, en laqual se declare el termino, que se a de poner en los edictos, que se embiaren a las Vniuersidades de Castilla, y que si cõuiniere al Collegio, que puedan prorrogarlos, y se les de forma de señalarles examen a cada vno en su facultad, y que se señale tiempo dentro delqual se haga la eleccion despues de vacar la prebenda. Mandamos que a cerca de lo contenido en este capitulo se traygan del Collegio de Cuenca, de la ciudad de Salamanca las cõstituciones que sobre ello disponen.

24 I T E M en quanto se pide se prouea de nuevo cerca de la eleccion de Collegiales, y de la libertad que an de tener en elegir, y del secreto de la capilla sub pãna prãstiti iuramenti, y que se den a los Collegiales las velas que tuuieren necesidad para estudiar como hasta aqui se a hecho sin auer constitucion para ello. Mandamos que para lo contenido en este capitulo se traygan las constituciones del dicho Collegio de Cuenca de Salamanca q̄ disponen sobre esto.

25 I T E M en quanto se pide mandemos que por el Rector, y Vniuersidad de essa ciudad se guarde a esse Collegio, y Collegiales del vn priuilegio de q̄ trata la constitucion quarenta y dos de la Vniuersidad que de todos los grados y de todos los actos que hizieren los Collegiales de esse Collegio, se les remita la tercera parte de los gastos, y se a quebrantado en lo que toca a los actos de los Theologos. Mandamos q̄ el Rector y Vniuersidad de essa ciudad guarden a esse Collegio el dicho priuilegio q̄ de suso se haze mencion, y que de todos los grados y actos que hizieren los Collegiales de esse Collegio se les remita la tercera parte de los gastos.

26 I T E M en quanto a que esse collegio esta muy apartado de otras Vniuersidades, y alcabo destos Reynos y las personas que auian de venir a oponerse ande ser pobres, mandassemos que se hizessen las informaciones a costa del collegio, o alomenos se les ayudase con algo, Mandamos que acerca de lo cõtenido en este capitulo, se haga y cumpla como hasta aqui se a hecho, y no se exceda dello.

27 I T E M en quanto a que el habito de los collegiales del collegio de los Abbades en su principio, y los años atras asido con becas leonadas obscuras, y agora andan con becas de paño muy colorado, o canelado, y que parecia al habito de esse collegio, y se pide guarden su habito antiguo sin perjuyzio de nadie. Mandamos que en el traer de los habitos, y becas los collegiales del dicho collegio de los Abbades guarden su instituto, y no excedan del en manera alguna.



I T E M en quanto se nos supplica que en la election de los collegiales, que se vüieren de recibir se guarde de todo rigor en lo que toca a pobreza, y limpieza, y que sobre esto el Prelado de essa ciudad no se entremeta, sino que los collegiales libremente hagan sus diligencias, y elecciones conforme a sus constituciones, mandamos que lo contenido en este capítulo se guarde y cumpla assi, sin que en ello aya dispensacion alguna, ni el Prelado se entremeta en ello en manera alguna.

LOS QV A L E S dichos capítulos y lo que aellos y acada vno dellos va proueydo, y mandado. Mandamos que assi se guarde, cumpla, y execute, y contra ello no se vaya ni paffe en manera alguna, y que esta nuestra carta sea leyda y publicada en esse dicho collegio estando presentes todas las personas del para que sepan y entiendan lo en ella contenido laqual asimismo mandamos se ponga con las demas escripturas en el arca y archiuo de esse collegio, y no fagades endeal, Dada en Madrid a diez y seis dias del mes de julio de mil y quinientos y setenta y dos años. Yo el Rey, Yo Antonio de Eraffo Secretario de su Magestad Catholica lafize escreuir. Antonio de Eraffo de su Magestad Registrada Jorge de Olaal de Bergara Por Chanciller Jorge de Olaal de Bergara, sin derechos. D. Cardinalis Seguntinus, El Licenciado Fuen mayor, El Licenciado Ioan Thomas, El Doctor Francisco de Villafañe, el Doctor Francisco de Auedillo, Lo que resulto de la visita del collegio de la ciudad de Granada. Consultada, çauala. Testigos que fueron presentes e lo vieron corregir e concertar con el original Alonso Mexia, e Luys Lobo, el Bachiller Benito de la Peña vezino y estante en Granada. E yo Francisco de Cordoua escriuano publico del numero de Granada e su tierra por su Magestad presente fui a lo que dicho es, e lo fize escreuir, e fize mi signo a tal. En testimonio de verdad. Francisco de Cordoua Escriuano publico.



PONIAM SECUNDVM FRAGI-
 litatem humanam nulla lege quantum cun-
 q; perfecta potest circa omnes casus prouidi-
 deri auctore Iustiniano in .l.2 §.sed quia.
 C.de veter. iure. enuclean. et in authent. de
 consanguin. in prin. et semper sit necessaria
 noua legum editio tam circa bona recte gu-
 bernanda, quam circa alia per nostrum inui-
 cissimum fundatorem determinata: operæ
 pretium duximus statuta per nostros Colle-
 gas edita, et sparsa, in hunc totum redige-
 re: nec non omnia alia necessaria ad Colle-

gium spectantia hic inserere instar Bonifacij octaui, qui sextum librum de
 decretalium ad supplendum dispositiones decretalium antiquorum compo-
 suit, in quo declarauit, suppleuitq; disposita in quinq; libros decretalium
 Gregorij, et hoc nimirum: quoniam vt Sumus Pontifex Innocentius octa-
 uus inquit: non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem tē-
 porum statuta, et ordinationes quandoq; varientur humana: quoniam ip-
 se Deus ex ijs, quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla mutauit in no-
 uo. Ideo per ordinem, et tempora posuimus statuta, vt iuxta verbum Spal-
 mistæ de virtute in virtutem ambulemus.

GRANATE anno Domini millesimo quingentesimo nonagesi-
 mo quarto, die vigesimo tertio mensis Dezembris Rector, et Collegæ, vi-
 delicet. Don Hieronimus de Medina, y Padilla Rector, Licenciatus Pe-
 trus Serrano de Mieres, Doctor Ioannes Checa, Licenciatus Franciscus
 Gomez de Salamanca, Licenciatus Gundisalvus Sanchez Luzero, Licen-
 ciatus Don Alfonso de Gamboa Eraso, Licenciatus Ioanes Baptista del
 Rincon y Riuadeneira in Collegij capella secundum morem vocati se-
 quentia statuta ordinauerunt, et iurauerunt sibi, et alijs in posterum obser-
 uanda.

Cap. 1. De visitatione bis in anno.

PRIVM statuimus, et ordinamus, quod Rector bis saltem in anno,
 videlicet mense Maij, et mense Nouembris visitare teneatur omnes
 cameras dicti Collegij, nec non Capellanorum, et Familiarium.

*Cap. 2. De pana Rectoris, vel alterius Collegæ pecuniam Collegij
 recuperantis & retinentis,*

ITEM statuimus quod si contingat aliquem Collegij debitorem pecu-
 nias soluere Rectori, vel alicui alteri de Collegio, eadem die pecunias
 sic receptas in Archivo reponere teneatur: quod si non fecerit, ipso fa-
 cto penam incurrat priuationis mensæ per annum, quod in quibuscunq;
 pecunijs et redditibus Collegij obseruare præcipimus.

Cap. 3. De confessionibus infirmorum.

STATVIMVS etiam, et ordinamus, quod si contingat aliquem in infirmitate incidere, tam Collegarum, quam Capellanorum, et Familiarium, si infirmitas grauis sit, intra triduum confiteri teneatur, et Sacramentum Eucharistia suscipere: si vero grauetur infirmitate, vnus familiaris assignetur, qui commode illi valeat ministrare. Quæ autem infirmitas grauis dicatur, vt hæc obtineant, arbitrio Rectoris relinqui volumus.

Cap. 4. quod cura panis cocti committatur iuniori collegij.

OR DINAMVS pro conseruatione panis cocti, quod cura huiusmodi committatur vni de iunioribus Collegij, qui clauem panis habeat, et aliorum vtensilium, et intersit, cum panis deducitur, ad eius ponderationem, et prouideat, vt panis bono ordine dispensetur, nec calidus recipiatur: in fine quoq; mentis rationem reddat de pane accepto, et expenso, nec clauem aut eius officium possit alteri, quam Collegiali, et de licentia Rectoris committi.

Cap. 5. De qualitate recipiendorum ad collegium.

QV ONIAM nullus in Collegam recipi potest, nisi qui ex honestis, et mundis parentibus originem traxerit, vt statutum est in constitutione decima, neq; in ea declaratur, quas qualitates habere debeat, qui admittitur, vt mundus dicatur: declaramus eos mundos esse, qui Christiani antiqui fuerint, videlicet, quorum parentes siue patres, et aui, atq; maiores semper fuerunt habiti publice, et occulte pro christianis antiquis: itaq; nullo modo descendant ex genere Iudæorum, vel Maurorum, vel Indorum.

Cap. 6. De receptione oppositorum.

STATVIMVS praterea, quod nullus oppositor recipiatur, nisi ipse titulum sui gradus ostendat, et de consensu totius maioris partis capelle.

Cap. 7. De informationibus familiarium.

QV ONIAM experimento cognitum est non satis certas, et exploratas esse informationes, quæ de genere Familiarium Granatæ fiunt: statuimus vt oppositores ipsi informationes suas afferant iudicis autoritate in loco suæ originis cõfectas, et sigillo publici tabellionis obsignatas: in quibus quinq; minimum testes adhibeantur, qui et trigessimum saltem annum excellerint, et parentes, atq; auos oppositorum cognouerint. Si autem locus originis sit talis, et populosus, qui in eo viuant Commissarij sancte Inquisitionis, ipsis committatur cura faciendi huiusmodi informationes,

nes,

nes qui tamen de officio præter testes sibi presentatos per talem oppositorem teneatur alios circa illam examinare, et in fine suum votum adscribere præstita ibi fide, quod erat commissarius sanctæ Inquisitionis per tabelionem.

¶ *Cap. 8. quod nullus familiaris comitetur Collegiales extra ciuitatē aduentēs.*

ITEM statuimus, et ordinamus, quod nullus Familiaris absque licentia totius, vel maioris partis Capellæ comitetur Collegiales extra ciuitatem abeuntes sub pena priuationis portionis veri valoris per mensem, nec Familiaris cum Collega, nec Collega cum Familiari ludere audeat; nam ex nimia familiaritate cum illis Familiaribus decus amittitur, atque cum sint pauperes necessario ex bonis Collegij ad ludendum surripient.

¶ *Cap. 9. officiales collegij qualiter sint recipiendi, vel expellendi.*

RECTOR solus interiores, vel exteriores domus officiales, vel aliquem ex eis post hac nec succipiat, nec expellat; nisi de consilio Consiliariorum, et semper quoties aliqua persona recipienda erit, quæ bona collegij recuperare debeat, Rector ab eo fideiussores idoneos extorqueat sub pena damni Collegio, et Collegis obuientis, ob id quod prædictam fideiussionem non acceperit.

¶ *Cap. 10. De priuato cibo nam adducendo ad refectorium.*

STATVIMVS etiam quod nullus priuatum esculentum ad refectorium ducat: quod si alicui mittatur xenium, Rector vel, qui tunc præfuerit illud cunctis discumbentibus distribuatur.

¶ *Cap. 11. Menses, et dies quomodo debeant intelligi.*

STATVIMVS, et declaramus quod menses cōcessi per cōstitutionem quinquagesimam secundam tam in ipsa, quam in alijs computentur hoc modo, quod primus mensis habeat triginta et vnum dies. Secundus autem triginta, et sic de ceteris. Dies autem per noctes illos sequentes in omnibus computentur.

¶ *Cap. 12. Non detur licentia absentanti se sine fideiussione.*

ITEM ne domus debitis non solutis detrimentum patiatur, statuimus, quod si Collegam aliquem extra ciuitatē Rector iter arripere sciat, eadem licentiam non prius concedat, quam præstita fideiussoria cautione, quale debitum existat. Contra si Rector fecerit, pro quantitate debiti teneatur, nec verum debitorem etiam præstando liberetur.

¶ *Cap. 13. De termino prorrogando absentibus.*

STATVIMVS, etiam, quod terminus quatuor mensium absentibus

bus concessus per constitutionem quinquagesimam secundam possit consensu totius Capellæ prorogari, maiusq; spatium concedi, quod magna exigente necessitate fieri permittimus.

¶ *Cap. 14. Quod nullus possit esse oppositor cathedræ, aut beneficiorum ante capellam nominatum.*

ITEM, et honori, et concordie Collegarum consulere volentes, statui-
mus quod Cathedra, seu beneficium vacante, si Collegæ plures simul eius
oppositionem prætendant, Rector, et Collegæ, vel eorum maior pars suffi-
cientiorem eligant oppositorem, cui alij fauorem præstent, et suffragia: si
vero vnus tantum existat non possit oppositionem exequi, antequam oppo-
sitor nominetur ab eisdem.

¶ *Cap. 15. De necessarijs infirmis ministrandis.*

ITEM statuimus quod Collegis infirmis extra Collegium existentibus
eo casu quo id fieri potest ex constitutione sexagesima sexta, minist-
rentur omnia necessaria.

¶ *Cap. 16. de modo electionis Collegialium.*

CVM occurrerit electio alicuius Collegarum, congregentur omnes
electores in Capella Collegij, et præmissa Spiritus sancti missa eligen-
tium quilibet iuret tactis sacrosanctis Euangelijs, quod, se motis amore
odio, prece, vel pretio eum eliget ex oppositoribus, quem intellexerit mo-
ribus, et vita, et literatura, ac paupertate cæteris paribus magis idoneum.
Quæ quidem suffragia per cedulas secretas fiant, et mittantur in pileum,
siue bursam, et vnus de Capellanis veniens extrahat cedulas in præsentia
omnium, et ponat super altare, et is sit Collega, in quem plurimum voces cõ-
currerint: Quod si suffragantium vota fuerint paria, ea pars præualeat, in
qua Rector fuerit. Quam electionem facere teneantur intra triginta dies,
a die vacationis examinentur autem recipiendi ad Collegium de vita, et
moribus, et literatura, et Rector iniungat sub pæna præstiti iuramenti Co-
legis, vt si ipsi, vel eorum aliquis aliquod impedimentum sciuerit, quomi-
nus admitti ad Collegium non debeant, teneatur sub pæna periurij denũ-
tiare. Teneatur autem, qui præbendam petit in sua facultate coram Recto-
re, et Scholasticis vnum textum per Rectorem per vnum diem ante sibi
assignandum interpretari: post lectionem vero immediate tres Collega-
rum, quibus Rector iniunxerit, opponant contra dicta in lectione.

¶ *Cap. 17. De Rectoris prerrogatiua inferendo suffragio.*

STATVIMVS, et ordinamus quod Rector inferendo suffragio, suã
Speculiarem habeat prerrogatiuam, ita vt in pari numero votorum ea
pars vt maior sit preferenda, cui ille vocem suam acomodauerit. qua præ-
roga

rogatiua locum sibi vendicet tam in electione Rectoris, Collegarum, Familiarium, quam in alijs quibuscunq; actibus ad effectum quemcunq; per Capellam decernendis.

¶ *Cap. 18. De autoritate Vicerectoris.*

QUOTIES Rectorem ab hac ciuitate abesse contigerit, ei qui in eius locum subrogabitur, vel secundum Collegij constitutiones, vel per nouam electionem celebrandam, eadem authoritas, et honor deferatur: donec Rectoris absentia perduraberit, qui Vicerector erit appellandus, cum ipsius Rectoris absentis vices gerat.

¶ *Cap. 19. De prabendarum vacantium edictis*

VT Collegiali prabenda vacante edicta publice proponantur, ex consensu maioris partis Capellę termino competente in illis prescripto. Edicta vero in valuis huius almae vniuersitatis affigantur, insuper, et alias Baticę, ac Castellę Vniuersitates dimittantur, si commode fieri possit absq; ipsius Collegij expensis termino autem edictorum iam elapso in subsequentem diem Capellę conuentus agatur, et oppositorum numero et qualitate diligenter discussis, edicta claudantur, si hoc maiori parti Capellę visum fuerit: alioquin ea prorogandi ius esto. Quod si secundo termino expleto Cappella iuxta formam prescriptam edictorum prorogationem Collegio expedire iudicauerit, hoc ei liberum sit iterum atq; iterum, quoties e re ipsius Collegij fere apparuerit.

¶ *Cap. 20. si quis oppositorum ante prorogationem examen subire velit.*

SIPRIMO edicto iam elapso candidatus quicumque ante prorogationem in tempore oppositus preelectionis examen subire voluerit, admittatur, prorogationis termino nihilominus decurrente. Item si quis oppositorum informationem suam fieri postulauerit hoc ei possit indulgeri.

¶ *Cap. 21. De arbitrio capelle in informationibus per agendis.*

ERIT aut in arbitrio et electione maioris partis Capellę decernere an Collegij candidatus sit ad examen admittendus ante informationem habitam. an vero vice versa debeat informatio examen precedere.

¶ *Cap. 22. si oppositor in tempore sumptus necessarios non praestiterit.*

SIEDICTORVM terminis expletis, et conclusis oppositorum aliquis ad legendum non accesserit, ac pecuniam in documentis vitę ac morum conquirendis expendendam non praestiterit, aliquantum temporis expectetur, pro vt satis esse maior Capellę consensus iudicauerit.

¶ *Cap. 23. De preparatione futura electionis.*

E DICTORVM simul, et prarogationum curriculis delapsis, ad Rectoris officium pertineat: conuocare in vnum Collegas electuros secundum rectam Iustitiar normam oppositorem, vel oppositores magis idoneos atq; ipsi Collegio vtiliores (in quos ipse dies electionis sit computandus) per Capellæ secretarium, Collegæ ad id præcitantur, et de futura electione ad moneantur. Idem etiam iuris obseruabitur in electione vnus cuius plurium Collegarum ad informationes faciendas dimittendorum: Quæ vero iuris forma tenenda sit quoties vnus oppositor eligendus existit alibi statuto Capellæ cautum est.

¶ *Cap. 24. Si oppositor electionis incapax fuerit de præhensus.*

S I Q V A N D O contingit, vt documentis de alicuius oppositoris moribus, et genere ex forma iuris conscriptis, et apud ipsam Capellam discussis, apparuerit eum non esse nobili, et honesto Collegij sodalitiõ dignum, ipsiusq; incapacem nihilominus ad electionis examen admittatur, si prius non fuerat admissus, ne forte ab hoc actu exclusus infamia notetur, Ea tamen lege, vt inter alios oppositores idoneos ad vota eligentium non trahatur, quippe qui electionis incapax habitus fuerit. Collegæ vera iusiurandum subeant de non reuelandis huiusmodi oppositoris defectibus, excepto Collegæ, qui ex aliqua causa tunc temporis abfuerat.

¶ *Cap. 25. quando Rector sui voti prælationem amittat.*

Q V O N I A M vero in electionibus, Rectoris suffragium præcipuam sortitur prærogatiuam, vt superius demonstratum est: cum honorẽ, et prælationis auctoritatem amittat eo ipso, quod sui voti schedulam seu titulum proprio Chirographo, vel rubrica (vt aiunt) non signauerit.

¶ *Cap. 26. Ne pecunia Collegij mutuo detur, & de pena contra facientis.*

Q V O N I A M experimento cognouimus Rectorem ex Collegij substantia, et facultatibus pecuniam; vel frumentum mutui nomine in rem tuam vertisse, atq; ipsis Collegis, vel alijs personis mutuo dedisse, vnde Collegium graue patitur detrimentum: statuimus, et ordinamus, ne deinceps tales mutuationes contrahantur, quod si aliter factum fuerit, in rationibus Collegij reddendis ea mutua, seu personales obligationes pro exoneratione debitorum, quæ ad Collegium eo nomine pertinere constiterit, non admittantur. insuper et is qui in hoc commiserit, per quindecim dierum spatium quotidiana portione multetur.

¶ *Cap. 27. si Consiliarius maior stato die Collegij redditus per eum exactos non persoluerit.*

CV M ad officium maioris Consiliarij pertineat Collegij redditus, et pensiones exigere, prout in quadam cōstitutione cauetur, debet huic muneri diligenter, et bona fide incumbere, atq; ipsos redditus iam exactos contradere statim in Archiuo, vel arca Collegij reponendos: quod si post triduum a tempore quo ad ipsum pecunia peruenit computandum, eam non tradiderit, tandiu quotidiana portione damnetur, quādiu apud se pecuniam retinebit, et si deinde in sua cōtumacia perseuerans post quindecim dies huic statuto non paruerit, illud pretium non lucretur, quod præstari solet Collegis electioni Rectoris interessentibus: ad extremum si crescente contumacia intra vnum mensem officio sibi de mandato minime satisfecerit adhuc pecuniam retinens vel non soluens (præterquam quod in suis bonis pro eo debito executionem patietur) per biennium voti actiui, et passiuï expers habeatur.

¶ *Cap. 28. ut frumenti ratio tam a Rectore, quam Consiliarijs exigatur, & horrei clavis in Archiuo reponatur.*

QVI A moris, et consuetudines erat, vt solus Rector horrei frumentarij clauem haberet, ex quo plura incommoda Collegio imminabant, atq; ipsi Consiliarij excusationem prætendentes id ipsum causabantur: cum ab eis frumenti ratio exigeretur: statuimus ne de cætero se tali prætextu excusantes audiantur: sed nihilominus ad rationem rei frumentarij pro modo dati, et expensū compelli debeant, cum ex nouo Regis nostri rei scripto nihil pecuniæ, vel frumenti possit exigi: nisi Rectoris simul, et Consiliariorū subscriptiones inter cesserint. Sed ne Consiliarijs querelæ locus relinquatur: horrei clavis semper sub alijs archiui tribus clauibus recondatur inde non extrahenda, nisi Collegij pistori frumentum sit præstandū, vel alias vendendum: tunc enim Consiliarios, vel duorum alterum tritici mensuræ interesse oportebit.

¶ *Cap. 29. de eo qui vltimo sui Collegij anno Rector fuerit electus.*

CONSTITVTIO, qua cauetur, vt qui in vltimo anno sui Collegij fuerit in Rectorem cooptatus, ad Epiphaniam vsque anni subsequentis domi permaneat, sui officij rationem redditurus: ita est accipienda, vt tam in victu, quam in vestitu, ac demum per omnia, vt alius quilibet Collega habeatur non suis, sed Collegij expensis alendus. Item vt ab Epiphania vsque ad Purificationis festum possit in Collegio commorari, vel ad diem quo rationes fuerint absolute,

si ante Purificationem finem habuerint, Collegialis ordinis adhuc insignia retinens, non tamen vllius voti communionem: sed suis sumptibus se alet, nec sportulis seu premio fruetur, quo singulis annis donari solent, qui electioni Rectoris interfuerint.

¶ *Cap. 30. Ut collega annona prefectus quotidie ab obsonatore expensis rationem exigat.*

CV M ex negligentia obsonatoris in quotidianis rationibus dandis non pauci expensarum errores, et incommoda oriuntur. Mandamus quatenus expensis ratio non admittatur, quæ in alterum diem fuerit prorogata: nisi forte vrgens necessitas obsonatorem eius penæ immunem esse iubeat, vel modernioris Collegæ culpa, qui annona prefectus est, id contigerit: quam ob rem ipse per decem dies ordinaria portione mulcabitur.

¶ *Cap. 31. De infirmo extra collegium vagante.*

SI QV IS aduersa valetudine laborans extra collegium vagari presumpserit: ex tunc infirmorum privilegio, et beneficio extuatur, qui ad refectorium ut ceteri conuenire sit obnoxius, quod si valetudinarius existens, animi et corporis recreandi gratia, in publicum prodire necessitatem habuerit, hoc ei benigne indulgeatur, quandiu medici consilium eius salutis expedire iudicauerit.

¶ *Cap. 32. Nequis extraneus etiam pro agrotantium cura in collegio pernoctetur.*

QV IA constitutionibus seuerissime interdictum est, nequis extraneus intra claustra collegij pernoctetur: statuimus, ut ea prohibitio in agrotantibus etiam perpetuo locum habeat, ita ut nec pro eorum cura proprius famulus, vel alia quauis persona noctu apud collegium remanere permittatur: sed vel egroto familiaris de nocte etiam assidat, vel si morbi grauitas hoc exegerit, venia obtenta foras curandus ad honestam domum dimittetur.

¶ *Cap. 33. De literarum exercitatione, et silentio seruando, et ne cathedram regens foras deducatur.*

CV M Collegij disciplina, et institutum in hoc maxime tendat, ut eius alumni in literarum studio in dies magis proficiant. Mandamus quatenus per horas bonarum artium et literarum exercitationi de more praestitutas quiete omnia, et sine strepitu agantur, ita ut nec in solarijs deambulationes frequententur, neque in priuatis cubiculis colloquia misceantur: cui negotio ut Rector vigilantissime incumbat, exhortamur: sed et Collegiarum Cathedras regentium ratio habeatur, ne mane ab antiquioribus

bus foras deducantur, qui lectionibus præsumt matutinis, nec vespere, qui vespertinis, quo commodius, et vtilius de mandato sibi munere fungi possint.

¶ *Cap. 34. De mutuo testimonio confessionis reddendo.*

CONSTITVTIO vigesima quinta ad vnguem obseruetur, et in ea forma, vt quilibet Collega, et Familiaris apertissime testetur, cui personæ, quo loco, et tempore peccata sua fuerit confessus: cuius rei testimonium solius sine fraude perhibeat. Quæ omnia (præterquam quod præfata constitutio expressim desiderat) pium etiam documentum, et laudabilem morem præferunt.

¶ *Cap. 35. vt Rector vel consiliarij profecturi substitutis pecunie ac instrumentorum rationem reddant.*

SI quando contigerit Rectorem, vel Consiliariorum aliquem ab hac splendidissima vrbe absentię causa proficisci, ante discessum ab ipsis pecunia, frumenti, et instrumentorum in arca publica repositorum ratio exigatur, eaq; omnia et singula substituto, vel substitutis futuris secundum iuris formam contradantur: cum vero quilibet eorum ad Collegium redierit, iterum rationibus exactis easdem res eadem solemnitate sibi traditas recipiat. Sed in proposita profectiois specie frumenti acerbus dimittetur: nisi substitutus pro tradito habeat, quantum Rector, vel Consiliarius in horreo superesse affirmauerit.

¶ *Cap. 36. de excessibus Rectoris, et remedio adhibendo.*

QVONIAM neq; constitutionibus, neque visitationis vel Capellæ statutus prouisum est, quid iuris, et remedij debeat adhiberi, si Rector in aliquo excesserit contra honorem, dignitatem, mores, quietem, et Collegij substantiam, vel contra personam aliquam priuatam sibi subiectam: et quia minime conuenit in huiusmodi causis per ciuilia, vel Ecclesiastica tribunalia remedium cum ordinis dedecore exposulare: aliorum Collegiorum, præsertim Sanctecrucis Vallisoletani Constitutionibus, et moribus adherentes, statuimus et ordinamus, vt si Rector alicui collegę reclusionis aut voti actiui, vel passiuı priuationis expulsionis penam imposuerit, aut etiã eum ultra quindecim dies quotidiana portione dāauerit, vel pereos dē quindecim dies cōtinuos panis et aque ieiunio affecerit, si Capellę Collegij visum fuerit iniquam esse penam, vel ex aliqua causa oportere, ne executioni mādetur, aut penę asperitatem esse temperandam, vel cōmutandam, hoc ei iure licebit: et quod ita ordinauerit Rectoris mandato, et decreto præferatur, quod si ad effectum prædictorum, vel alterius negotij occurrentis Rector Capellæ conuentum cogere renuerit ab aliquo ex Collegis requisitus

147
inquisitus coram secretario, vel duobus testibus: Consiliarius maior poterit collegas congregare, qui si vel absens fuerit, vel noluerit eadem solemnitate premissa, hoc antiquiori Collegæ licebit, et sic deinceps. Capellæ autem decretum executioni tradatur, Rectoris inter dicto non obstante, et secretarius illud referat in librum capellæ: si vero Rector de facto procedens verbo aut re ipsa talem ordinationem impedierit, aut omissiones, vel commissionis culpa fuerit notatus, et admonitus erratum emendare contempserit: eadem capella legitime (vt præmittitur) congregata disputabit: an expediat prædictis iuris remedio succurrere, et cum hoc rebus conuenire videbitur: qui Capellæ præfuerit, et secretarius dumtaxat Rectorem admonent, et si exortando nihil profecerint, iterum de hoc in capellam referatur ad monitione secunda decernenda. Si vero in eadem contumacia, et duritia cordis perstiterit, iuxta formam præscriptam ei admonitio tertio denuntietur cum comminatione, quod alius Rector eligetur: ac demum si tunc tot, tantisque admonitionibus, minis exhortationibus, et precibus more Pharaonis non audierit cum capella non habeat ultra quid faciat) ad electionem noui Rectoris in forma iuris procedatur, duobus Consiliarijs cum alio simul in sortem cooptatis. Rectori autem de nouo electo, et creato alter exauthoratus in omnibus obediat cedens penitus officio, quo se indignum per suam contumaciam exhibuit sub pena expulsiōnis a collegio eo ipso incurrenda, quod nouæ electioni contradixerit. Tres autem prædictæ admonitiones poterunt ad vnā tantum redigi ex capellæ decreto: si negotij status breuem expeditionem desideret.

¶ *Cap. 37. De forma in plurium electionibus seruanda.*

QUIA constitutionibus expressum non est, quæ forma seruanda sit, ubi plures collegiales præbendæ concursus faciant in electionibus: ordinamus vt quoties de duobus aut pluribus sit decernendum, super vna dumtaxat suffragia conferantur, oppositorum omnium idoneorum nominibus singulis in singulos titulos seu schedulas ex scripto relatis: mox deinde cum vnus electio semel fuerit celebrata, ad alterius optionem eligentium vota progrediantur, primi electi titulo subtracto: sic de cæteris provideatur.

¶ *Cap. 38. De iuramento subeundo super redditibus electi.*

PRÆTER instructionē de oppositore quocūq; habendā, an in redditibus sui patrimonij aut beneficij, vel pensionis ultra viginti ducatos aureos aliquid possideat, iureiurando etiā interposito asseuerabit se prædictæ quantitatis excessum in redditibus non obtinere, et quod si aliquando contrarium apparuerit, ex tunc pro vacante præbendam suam habebit in duplum ipsi collegio restitutus, quicquid ab eo vicijus causa perceperit.

¶ *Cap. 39. si durante officio consiliariorum collegij tempus effluerit.*

ID quod cōstitutio. 15. statuit de Rectore, vt si durante ipsius officio octo annorum spatium (quod tempus licet in Collegio commorari) effluerit

rit, ad Epiphaniã usq; in eo permaneat sui muneris et Collegij facultatum rationes redditurus, ad Consiliarios etiam extendatur. Siquidem in eis eadẽ ratio locum habet ex eo, quod Collegij substantia, tam Rectoris, quam eorum curæ et sollicitudini demandata est.

§ Cap. 40. *Ne collegij debitor sortis et electionis Rectoratus expers habeatur.*

QVONIAM alibi statutum est, ut si Collegiarum aliquis debita Collegio non exolverit, sortis, et electionis Rectoratus expers habeatur, et inde ipsi Collegio posset damnum imminere: dum se quispiam data opera, vel alias eo nomine inhabilem se reddit ad eandem sortem participandam, et forte conveniret, ne ille tali pretextu excusetur: statuimus ut in hac specie constitutio. 49. ad vnguem observetur. Quod si rector eam exequi omiserit, huiusmodi debita in eius caput recidant, et ipse, non debitor sit solutioni obligatus, nulla pro eo exoneratione admittenda.

§ Cap. 41. *Quo tempore collega debeant literis operam præstare.*

VT LITERARVM incrementa in dies magis proficiant: statui-
mus ut omnes Collegæ ante quatuor horas prandij quotidie lectum
relinquere ac euigilare teneantur id temporis literis operam daturi: quod
siquis sine iusta causa secus fecerit, per Rectorem vel eius vices geren-
tem primo vini potu, deinde portione interdicator, vel alia pæna Recto-
is arbitrio erit mulctandus.

§ Cap. 42. *De absentijs resumendis, & de tempore existentium in hospitio.*

AD evitandas fraudes, et contentiones circa prolongationem tempo-
ris existentium in Collegio statuimus, et ordinamus, quod eo ipso q̄
in ultimo anno fuerit electus in Consiliarium, quod tempus absentiarum,
quod dictus Collega pro negocijs Collegij habeat, ceseatur consumptum,
et finito tempore Consiliaturæ iuxta formam cõstitutionis, in nomine Do-
mini a Collegio exire teneatur. Sed quia Collegium loco patris est haben-
dum, conformantes nos cum antiquis statutis, et traditionibus Collegato-
rum prædecessorum declaramus, quod vnusquisq; sit extra Collegij clau-
suram cum habitu, et insignijs Collegij in cameris quæ faciunt in angulo
inferioris solarij ad hospitium designatis per spatium vnus anni, ut est cõ-
cessum, quo elapso possit prorogari ad sequentem annum si placuerit ma-
iori parti Collegij, sed ulterius non possit prorogari, nec concedi, nisi ex
magna et vrgentissima causa, in qua omnes, nemine discrepante, cõvenire
debent, qui tamen teneatur soluere ipsi Collegio ex præfato tempore illud
quod adhuc est solitum persolui pro quolibet anno, videlicet quadraginta
ducatos.

¶ Cap. 43. De verbo Dei per Theologos proponendo.

INTER alia, que ad salutem spectant populi Christiani, patibulum verbi Dei permaxime sibi noscitur esse necessarium: quia sicut corpus materiali, sic anima spiritali cibo nutritur: et quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Idcirco statuimus, quod Collegii Theologi exacto quadriennio suæ in Collegio residentia, nitantur (quantum in eis sit) verbum Domini fidelibus proponere: maxime hi, quibus est literarum sufficientia, et ad docendum conueniens pronuntiatio: ideoque per Rectorem moneantur, ut saltim ter in anno verbum Dei proponant, vel intra civitatem, vel si fieri non potest, in vicis, et pagis eiusdem. Quod si moniti, et legitimi non impediti hoc facere distulerint, qua vice fuerint contumaces, per ebdomadam portione priuentur. Ante vero quam in publicum prodeant, coram Collegiis in Refectorio, vel in Capella periculum sui faciant, quibus auditis, per Collegiales facultas predicandi prebeatur, si idonei sint, vel denegetur si videbitur quod legitime sint impediti.

¶ Cap. 44. Quod iocalia non commodentur.

PRIMO statuimus, et ordinamus, quod iocalia omnia capellæ (ut eorum utilitati consulatur) extra Collegium (etiam si omnium patrum consensus interueniat) commodentur nemini, nec Rector, nec Collegiarum aliquis (sub pena decem Florenorum.) proponere hoc audeat in capella.

¶ Cap. 45. Rector ante finitum officium faciat provisionis.

ITEM statuimus, quod Rector ante Rectoratus finitum officium, provisionem tritici, vini, Carbonis, sebi, et aliarum rerum tempore congruo (pena decem Florenorum non facienti imponenda) facere, et domi reponere, teneatur.

¶ Cap. 46. Quod semel contradictum est, amplius non proponendum

ITEM quia sine causa variatio iure reprobatur, statuimus, quod si aliquid gratie semel propositum contradicatur in Capella, iterum proponatur numquam, nisi velit, qui proposuerit a portione mensæ triginta dierum priuationem incurrere,

¶ Cap. 47. De cubiculis non ordinandis.

CV M de intentione fundatoris sit pauperibus subuenire (ut Collegii statuta

statuta demonstrant) et cum ad philosophandum semper obstitere diuinitate, præcipue quod non in pompa, seu apparatu Collegiarum studium, sed in labore, et solertia consistat, statuimus, et ordinamus, vt nullus Collegiarum, Capellanorum, seu familiarium tam existentium, quam admittendorum in cubiculo, seu cameris per istromatibus, vel auleis parietes ornare valeat, neq; aliquid quidquam ornatus causa suspendere, quod etiam in cortinis, seu pauimento lecti locum vendicet, taliter quod sola culcitia, vel panno lectum cooperiatur si ianuarum velis vti voluerint, possint ex panno puniceo, quo Collegiales vestiuntur, antepuertas (vt ita dicam) facere, mensa quaq; in camera existentes, aliqua supellectili coopertas libere liceat. Contrauenientes vero vltra perijurij reatum, quem se nouerint incursum, per mensem a portione mensæ priuentur. Crescente vero contumacia, Rectoris arbitrio donec desistant, puniantur.

¶ *Cap. 48. De nouo opere non faciendo.*

STATVIMVS et ordinamus, vt nullus Collega modo in Collegio habitantium, vel post hac futurorum in camera aliquod opus facere præsumat sine expressa super hoc Rectoris licentia.

¶ *Cap. 49. De informationibus oppositorum prestandis, vel non.*

RVRSVS statuimus et ordinamus, originale nullum informationis semel in arca forti, siue archiuo Collegij repositum, siue antequam reponatur alicui Collegæ præsentis, absentis, vel recedenti, etiam instanti petenti, nullo modo detur. exemplar vero siue transumptum ad petitionem ipsius partis, non alterius ex prædicto originali desumi valeat, et dari ipsi parti: dum tamen priusquam transcribatur Rector, et Collegiales certi sint prædictam informationem approbatam fuisse in capella, et in ea contentum esse ad honorem, et commodum petentis, neq; quidquam esse quod Collegio, vel parti petenti possit esse dedecori: contrafacientes ducentis ducatis aureis mulcentur Collegio applicandis, ad quam panam in foro conscientia teneatur quilibet ipsorum.

¶ *Cap. 50. Clauigerus, cui debet clauem tradere, vel non.*

PRETEREA statuimus, et ordinamus, quod nullus Collega, vel consiliarius, seu Capellanus præsentis vel abesse desiderans, ad quem custodia alicuius clauis arca fortis, siue archiuo pertineat, nõ tradat prædictam clauem Rectori etiam petenti, sed Collegæ in ipsius locum successuro, ad quem illo absente, secundum constitutiones Collegij illius clauis custodia pertineat: qui vero Rectori tradiderit, punitus sit viginti aureis numis in foro conscientia Collegio soluendis.

¶ Cap. 51. clauigerus Archiui quid facere debeat.

STATVIMVS et ordinamus, quod Collega semel aperiens propria clauē archiui, teneatur claudere antequam de cubiculo Rectoris rediturus, vel non rediturus, discedat sub pœna priuationis portionis vnius anni.

¶ Cap. 52. Expellentur a capella, quos negocium ibi tractandum tangit.

INSUPER statuimus, et ordinamus, quod quoties accederit aliquid in Capella esse tractandum, idq; aliquem ex presentibus cōtigerit, ille talis siue de suo fauore, vel odio tractandum sit, a capella expellatur, quod si negocij qualitas hoc exposcit, per schedulas secrete, et cum iuramento tale negocium terminetur.

¶ Cap. 53. Epistola missiua coram quibus legi debent, & quod a collegio in alicuius fauorem non mittantur, nisi ex consensu capella.

QVONIAM ex apertura epistolarum per solum Rectorem facta, damnum solet afferre, statuimus, et ordinamus quod Epistolæ missiuae, quæ ad Rectorem, et Collegiales diriguntur, non possint nisi coram eis in Capella aperiri. Quæ vero ad Rectorem et Consiliarios coram illis tantum, vel maiori parte eorum. deinde quod si a Collegio in alicuius fauore, vel ad aliquem, vel ad aliquos dirigantur, hoc fiat ex assensu collegialium, vel maioris partis eorum ad id congregatorum sub pœna vnius ducati pro qualibet vice, quam penam D. Rector incurrat, si in hoc statuto disposita non seruauerit.

¶ Cap. 54. quod futuro Rectori dentur a prædecessore omnia per inuentarium, & sic in reliquis domesticis officijs.

ITEM statuimus et ordinamus, quod Rector a die suæ creationis infra quatuor dies sequentes cum consiliarijs omnia bona collegij a prædecessore relicta, scripta per inuentarium recipiat, quod a nouo Rectore, et Consiliarijs subscriptum verum, et approbatum in arca dicti Collegij perpetuo seruetur. Libros autem et cætera alia quæ ad cameram Rectoralem spectant, illico reddat, quod idem seruetur in quolibet officio collegij, cū de nouo eliguntur, alias puniatur portione Collegij per annum, quam pœnam collegiales sub pœna prestiti iuramenti exequi teneantur. Inuentarij vero utensilium refectorij et cochineæ, atq; cellarj, seu cuiuscunq; officij
copiam

copiam Rector penes se habeat, vt per illam possit supellectilem huiusmodi visitare, quam visitationem perse, vel alium collegialem semel, saltem internis mensibus Rector facere teneatur sub p̄na solutionis eorum, quę ex dictis utensilibus perire contigerit.

¶ *Cap. 55. P̄na non subscribentis quod a maiori parte collegij factum est*

S T A T V I M V S et ordinamus, quod quotiescunq; per maiorem partem Collegij aliquid resoluitur, cum a toto Collegio factum censeatur Rector et alij teneantur subscribere præfatam determinationem, etiam ipse Rector, vel alius fuerint contrarię sententię, sub p̄na priuationis suffragij per annum:

¶ *Cap. 56, qui semel fuit collegialis denuo non admittatur,*

I T E M decernimus, et expresse prohibemus, quod qui semel collegialis extiterit, denuo ad Collegium non admittatur.

¶ *Cap. 57, quid iuraturi sunt rector & consiliarij & de conueniendis coram rectore collegialibus,*

V O L V M V S præterea, quod nullus ipsorum collegialium audeat quempiam eorum conuenire, nisi coram Rectore, a quo non liceat appellare, nisi ad ipsos consiliarios. Quibus mandamus sub p̄na præstiti iuramenti: vt habita verbo tantum calus relatione sine scriptis omni post posita malitia, siue dilatione causam terminare studeant, atq; procurēt, ex quacunq; causa quantuncūq; legitima, vel rationabili et si secus fecerit, eo ipso, et p̄nam præstiti iuramenti incurrat, et a collegio priuatus existat.

¶ *Cap. 58. quod absens possit in rectorem vel consiliarium eligi.*

V O L V M V S etiam et ordinamus, quod si forte aliquis collegialis absens fuerit cum venia Rectoris, eligi possit in Rectorem.

¶ *Cap. 59. nequis Rectorem conuicio afficiat.*

I T E M statuimus, et prohibemus, ne Collegialis quispiam, aut seruator dicti Collegij verbo inhonesto, turpi, vel aliquo conuicio Rectorem suum afficiat. Si quis vero in præmissis deliquerit, in eum Rector pro arbitrio animaduertat, nec recursus, aut appellatio ad Consiliarios ei in tali casu suffragari possit.

Cap.

¶ Cap. 60. Quod Rector a collegio non descedat, nisi reddita ratione.

ITEM statuimus, et ordinamus, quod Rector tempore, quo ad officium admissus fuerit, iuramentum præstet, se a Collegio minime recessurum nisi ratione expensarum, et omnium bonorum acceptorum prius reddita vel sufficienti præstita cautione: volumus præterea fideiussorem Rectoris absentis in solidum teneri debitore principali non excusso: quod ad similes casus in alijs fideiussoribus extendi volumus, et mandamus.

STATUTA

¶ Cap. 61. Quod familiares iurent Rectori.

INSUPER statuimus quod omnes familiares iurent de obediendo Rectori, et de secreto domus conseruando circa ea, quæ viderint, aut audierint, aut quomodolibet sciuerint a Collegialibus fieri, alioquin sine spe venie expellantur a collegio. Præstent præterea iuramentum, quod res domus custodiant fideliter. et si ab aliquo confamiliari aliqua sciuerint donari, aut consummari, teneantur insinuare Rectori.

¶ Cap. 62. in absentia Rectoris, a quo petatur venia absentiendi.

ITEM statuimus, quod quando aliquis Collegialis voluerit se absentare extra ciuitatem Granatensem, et Rector fuerit absens, ita quod non possit petere veniam ab eo, possit eam petere ab antiquiori consiliario, et si ille ab fuerit, a sequenti in gradu, et sic de vlterioribus. Et si omnes Consiliarios abesse contigerit, prædictam veniam concedat antiquior collegialis, et illo absente vltior, et sic de similibus.

¶ Cap. 63. Quomodo amittat collegium absens.

ITEM statuimus, quod si alicui collegiali detur venia certi temporis, dum tamen non sit totum tempus quatuor mensium, et vltima die non venerit, si tamen venerit sequenti die ante ianuam clausam, non amittat Collegium, verum si statuto tempore qualiter mensium non redierit ob quod priuationem collegij incurrat, prohibemus ne eius præbenda vacare denuntietur, nec alter eius loco eligatur intra viginti dies, intra quos si causam moræ necessariam per se vel alium reddiderit, cum eo benigne, et humane agatur, et in collegio sine noua electione admittatur. Si vero dictis viginti diebus elapsis causam moræ non ostenderit, nulla excusatio ei suffragari valeat, sed ilico nouus collegialis eligatur.

Cap.

¶ *Cap. 64. De collegiali se absentante.*

ITEM statuimus, quod si aliquis collegialis in totum discedat a Collegio, teneatur reddere integram rationem suæ administrationis, si quam gessit sufficienti pignore vel fideiussore.

¶ *Cap. 65. de insignito sacris ordinibus in familiarem non eligendo.*

INSUPER statuimus, quod nullus sacro ordine insignitus possit admitti ad familiarium præbendam, quia indecorum est, quod mancipatus diuino obsequio, compellatur officijs domus deseruire, et si iam familiaris constitutus, sacrum ordinem cõsecutus est, postquam prouiso illius anni sic finita, denuo non possit ad dictum officium familiaris admitti.

¶ *Cap. 66. a graduato collegiali, quid graduando remittendum sit.*

PRETEREA statuimus et ordinamus, quod quando aliquis Collegialis gradum licentiæ, Doctoratus, vel magisterij susceperit, Doctores et magistri a se Collegiales existentes, teneantur tali Licentiando, Doctorando, vel Magistrando remittere propriam quam vt doctori, vel magistro talis graduandus, soluere tenebatur.

¶ *Cap. 67. De pena furantium aliquid ex rebus collegij.*

STATVIMVS, et ordinamus, quod si quis collegialium, vel seruatorum collegij furto aliquid depræhendisse conuincatur, aut hoc fieri consenserit, vel consilium, aut fauorem dederit, vel sciens Reçtori non reuelauerit (si illum valorem aurei ducati non excesserit) per mensem prima vice sit portione priuatus: pro secunda duobus mensibus, et careat voce actiua et passiuæ: pro tertia vero per annum sit priuatus portione, et in carcere astringatur per mensem.

¶ *Cap. 68. De libertate in electionibus.*

ET quoniam libera debet esse eligentium mens et vox: volumus et statuimus, quod vacante aliqua præbenda Collegiarum, vel familiarium nullus pro recipiendo preces fundat. Quod si factum fuerit ea vice in ha-

bilis

bilis sit ad electionem, si vero quod absit, eligentium aliquis pro voce sua pecuniam acceperit, sit eo ipso Collegio priuatus, quam priuationem ceteri Scholastici sub pena prestiti iuramenti exequi teneantur.

¶ *Cap. 69. De candelis praestandis collegis.*

STATVIMVS praeterea, quod omnibus Collegis, Capellanis, et Familiaribus candela praestentur ad sufficientiam, quibus noctu legere valeant, quibus bona fide uti debent, ut moderate expendant, neque alicui dent, aut vendant. Siquis autem candelas sibi traditas donare alicui extraneo, aut vendere inuentus fuerit, ut in eo puniant, in quo deliquit, candelis sit priuatus quandiu in Collegio manserit.

¶ *Cap. 70. De reuelantis secreta collegij pena.*

QVI vero secreta Collegij (cuius plurimum interest ne pandantur) alicui extra Collegij corpus reuelauerit absq; consensu ialter maioris partis collegij ad hoc legitime congregati, ipso facto, collegio sit priuatus. Quae autem sunt illa secreta, si dubitetur, stetur determinationi Rectoris, et Consiliariorum.

¶ *Cap. 71. De hora prandij diebus ieiunij.*

ET quamuis secundum temporis varietatem hora prandendi etiam varietur, volumus ut diebus ieiunij immobiliter hora vnde cima semper ad prandendum accedatur, et ad collationem eisdem horis, quibus cana fit.

¶ *Cap. 72. Quae sunt apponenda portione mulctato.*

OMNIBVS qui a mensa communi priuantur, panis tantum ministrabitur, reliqua vero proprijs expensis concedantur.

¶ *Cap. 73. Intra quod tempus electus venire teneatur et abesse liceat.*

QVICVMQVE in Collegam electus intra quatuor mensium spatium in Collegium se recipere teneatur, alioquin ipso facto Collegij praebenda priuatus censeatur: receptus vero in collegam infra annum nisi ex Consensu capelle a Collegio discedere non possit.

¶ *Cap. 74. Ne cui liceat extra collegium prouocare.*

QUIA non decet Collegij honestatem, et quietatem Collegas litibus distrahi, et perturbari: statuimus nequis deinceps a sententia Rectoris, vel Capellae contra ipsum dicta ad iudicem Ecclesiasticum, vel saeculare valeat appellare: quod si secus fecerit, per anni curriculum quotidiana portione mulctabitur.

¶ *Cap. 76. Aliquos pertineat apocham dare creditoribus.*

STATVIMVS, et ordinamus, nequis Collegarū pecunie Collegio debitæ, vel salutæ apocham, seu liberationis instrumentum creditoribus reddere præsumat, præter Rectorem et Consiliarios, vel cum eo sue, quibus ipsi speciale suum mandatum ad hoc præstiterint.

¶ *Cap. 77. Nequis intra annum sui ingressus Rector eligatur.*

CVM oporteat eum, qui Rectoris officio perfuncturus est, Collegij constitutiones, ceremonias, statuta, mores, et consuetudines percalle- re, quippe, qui de his omnibus ius alijs est redditurus, et ad eam scientiam et peritiam exacte parandam experimento, atq; adeo temporis transcurfu opus est statuimus, vt nullus Collega possit in Rectorem cooptari, qui integrum annum a die adeptæ pacifice possessionis in Collegio computan- dum nod expleuerit.

¶ *Cap. 78. Iuramentum de non se opponendo ali collegio.*

ITEM promitto et iuro Deum, et sanctam hanc Crucem, cui manum meam impono, et per hæc sacrosancta Euangelia, me oppositionem nõ facturum cuiquam ali Collegio, quod si secus fecerim, præter periurij reatum, ex tunc meam præbendam pro vacante habiturum, et me pro exclu- so ab hoc Collegio, sed et ab hac hora liberum meum cõsensum exhibeo, vt in huiusmodi euentu dicta mea præbenda possit alteri conferri intra tẽ pus alibi statutum, et ita iuro, et promitto.

El Lic. Don Geronimo de
Medina y Padilla Rector.

El Lic. Pedro
Serrano.

Doctor Ioan Checa.

El Lic. Francisco Gomez
de Salamanca.

Licen. Gonçalo
Sánchez Luzero.

El Lic. Don Alonso
de Gamboa y Erasso.

El Lic. Ioan Baptista
Rincon Secretarius.



Cap. 26. Aliter nunciat apocham dare creditur.

STATVIMVS, et ordinamus necula Collegii percuris Collegio debita, vellatuz apocham seu libertationis instrumentum creditur, pus reddere preturaz, prater Rectorem et Conuictos, vel cum eo ius, quibus ipse iudiciali suum mandatum ad hoc praestitit.


Cap. 27. Repetitio annua sui iuris Rectori eligat.


V M oportet cum qui Rectoris officio performatus est, Collegii constitutiones, ceremonias, statuta, mores et consuetudines percellite, quippe qui de his omnibus ius aliis est reddendus, et ad eam libertatem et pernam exacte parandam experimento, ad quod tempus transiit opus est statim, ut nullus, Collegia potit in libertatem cooptat, qui in regem annua die adhibet pacifice possessionis in Collegio computandum hoc explicet.


Cap. 28. Inramentum de non capere de alio collegio.

I T E M promitto et iure Deum, et factam hanc Curam, cui manus meam impo, et per libertationis instrumentum, me oppositionem ad factum capitulum ali Collegio, quod libertas libertas periturus, tum, ex tunc meam periturus, et meo iudicium, et meo pro exi- lo ad hoc Collegio, sed et ad hoc libertas meum spiritum exi- ve in huiusmodi euncta dicitur, per libertas periturus, et meo iudicium, et meo pro exi- que alibi iudicium, et meo iudicium.

Elle. Don	Elle. Don	Elle. Don
Medina y	de	de
Elle. Don	Elle. Don	Elle. Don
de Salamanca.	de	de
Elle. Don	Elle. Don	Elle. Don
de Salamanca.	de	de
Elle. Don	Elle. Don	Elle. Don
de Salamanca.	de	de







24